SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id358306663/1
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft

R.XVII.9.no309.




4451

# DISTINCTIONES
per
# UNIVERSAM THEOLOGIAM;

SUMTÆ

*EX CANONE SACRARUM LIterarum & claſsicis theologis.*

AUTHORE
Johanne-Henrico Alſtedio.




*FRANCOFURTI,*
Typis Pauli Jacobi, Sumptibus Conradi Eifridi.

ANNO M. DC. XXVI.

# LECTORI
## S. D.

AGgreſſus ſum univerſam theologiam tradere per definitiones, regulas, diſtinctiones & quæſtiones: idq; eo cõſilio, ut quidquid eſt rerũ theologicarũ hoc compendio arctarẽ. Quod meum ſtudium confido probatũ iri quà docentibus, quà diſcentibus. Expertus enim ſum, & illi, ſpero, juxta mecũ experientur, non in poſtremis memoriæ ſubſidiis eſſe hunc docẽdi diſcendiq; modũ. Quâ de re nunc quidem pluribus nunc ago: ſed diſtinctionũ theologicarum modum & uſum tribus verbis attingo. Modus itaq; diſtinctionum in re theologicâ nonniſi iſte probari debet, qui fundamentum cujusq; diſtinctionis monſtrat in Scripturâ, & utitur perſpicuo dicendi genere. Vſus hic eſſe debet, ut in diſputationibus prudenter adhibeatur diſtinctio recepta, & illius beneficio multarum rerum farrago ſub unum veluti ſignum revocetur. Vt autem tibi conſtet pretium noſtri laboris, oportet ut evolvas opus noſtrum theologicum, in quo hæ diſtinctiones paßim explicantur.

CAP.

# Caput I.

## De Theologiâ.

1. Theologia eſt vera, vel *falſa*. Illa eſt ſapientia & prudentia rerum verè divinarum, rectè cognita & uſurpata: hæc eſt apparens ſapientia & prudentia rerum non verè divinarum, vel eſt ſapientia & prudentia rerum quidẽ verè divinarũ, ſed malè uſurpata: & eſt partim pſeudochriſtianorum, partim gentilium, Judæorũ, Mahumedanorum, &c.

2. *Theologia vera eſt archetypa, vel ectypa.* Illa eſt infinita, ſolius Dei: hæc finita, Chriſti ſecundum humanam naturam, angelorum, & hominum.

3. *Theologia ectypa eſt unionis*, in Chriſto; *vel viſionis*, in beatis angelis & animabus; *vel revelationis*, in hâc vitâ. Theologia viſionis dicitur etiam *excelſa*, & *comprehenſorum*; revelationis, *humilis*, *noſtra*, & *viatorum*. Atque hæc conſideratur vel *in ideâ*, vel *in ſubjecto*: *& hæc rurſus eſt infuſa, vel acquiſita.*

4. *Theologia revelationis eſt naturalis, vel ſupernaturalis:* Si nempe revelationis vocabulum ſumatur generaliter, ita ut revelatio alia ſit naturalis, de quâ *Rom.* 1. *v.* 19. alia ſupernaturalis, de quâ *Matth.* 16. *v.* 17.

5. *Theologia revelationis eſt theoretica ſeu ſpeculativa, vel practica.* Illa verſatur in cognitione rerum divinarum, hæc in earundem uſu ſalutari. Quidam malunt theologiam dicere ſuperſpeculativam.

6. *Theologia revelationis eſt poſitiva, vel ſyſtematica.* Illa eſt ipſa Scriptura, immo- tis poſitionibus comprehenſa: hæc eſt inſtitutio certo ordine proponens & exponens Scripturam; eſtque *catechetica vel diexodica; didactica, vel polemica; ſcholaſtica, vel popularis; ſynthetica, vel analytica; methodica, vel non-methodica.*

7. *Liber hominis Chriſtiani eſt naturæ, gratiæ, vel gloriæ.* Eodem modo dividitur ſchola, itemque lumen. Librum, ſcholam & lumen naturæ quod attinet, illa homo Chriſtianus habet communia cum hominibus hujus ſeculi: ſecus ſe habent liber, ſchola & lumen gratiæ & gloriæ. Liber naturæ eſt internus, nempe conſcientia: vel externus, ut mundus.

8. *Religio eſt vera, vel falſa.* Et vera eſt naturalis, vel ſupernaturalis. Utraq; eſt

pura

pura & ſincera, vel corrupta: interna, vel externa. Religio falſa eſt circa fundamentum, vel non.

9. *Theologia eſt aperta, vel arcana.* Illam Dionyſius vocat ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν, hanc ἀπόρρητον καὶ μυστικήν: & rurſus illam dicit φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικήν, hanc συμβολικὴν καὶ τελεστικήν, quæ ſub ſe complectitur typos, ceremonias, ſacramenta.

10. *Theologia falſa, ſeu opinabilis eſt vulgaris, vel philoſophica*: & hæc mythologica ſeu fabuloſa, naturalis, vel civilis.

11. *In religione Chriſtiana distinguendum eſt* τὸ γνωστὸν καὶ τὸ ἀκατάληπτον τοῦ θεοῦ.

12. *Ius Dei,* δικαίωμα τοῦ θεοῦ, *eſt naturale, vel ſupernaturale.* Illud appellatur jus naturæ & gentium, hoc ſupernaturalis gratiæ. Confer *Rom.* 1. & 2.

13. *Veritas eſt divina, vel humana.* Illa eſt rerum theologicarum, hæc philoſophicarum. *Deinde veritas divina eſt archetypa, vel ectypa ſeu communicata.*

14. *Quæſtiones theologicæ ſunt puræ, vel mixtæ.* Illæ conſtant terminis merè theologicis, hæ ſecus.

15. *Veritates theologicæ* (.id eſt, principia credendi.) *ſunt immediatæ, vel mediatæ.*

16. *Theologia naturalis eſt nuda*, in ethnicis, *vel veſtita & expolita*, in Chriſtianis.

17. *Philoſophia eſt uſurpanda, non ad deſtruendum eccleſiam, ſed ad ei deſtruendum.*

18. *Patefactio DEI eſt naturalis, vel gratioſa: & hæc ordinaria, vel extraordinaria.*

## Cap. II.

### De Sacrâ Scripturâ.

1. *Verbum DEI* ἔμφυτον, *innatum ſeu inſitum, vel* προφορικὸν, *enuntiativum.* Verbum Dei inſitum eſt οὐσιῶδες, ut vox illa in primâ creatione, de quâ *Gen.* 1. vel ὑποστατικὸν, ut Chriſtus, de quo *Iohan.* 1. Verbum Dei enuntiativum eſt, quo Deus voluntatem ſuam teſtatus eſt, reſerando ſacroſanctum ſuum os πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς, *Hebr.* 1.

2. *Verbum DEI eſt* ἄγραφον *vel* ἔγγραφον, *non-ſcriptum, vel ſcriptum.* Ubi eſt convenientia in re, differentia in modo.

3. *Verbum DEI eſt* ἐνδιάθετον, *vel* προφορικὸν, *id eſt, internum, vel externum.* Illud in cordibus ſonat, hoc aures ferit, 2. *Corinth.* 3. *v.* 3. Simili modo Scriptura ſacra eſt interna ſeu cordis, vel externa ſeu teſtamenti. *Deinde verbum DEI internum eſt vel ordinarium, vel extraordinarium: externum eſt immediatum, vel mediatum.*

4. *Canon Scripturæ verus eſt divinus, vel eccleſiaſticus: & ille eſt vetus, vel novus.* Canoni vero opponitur falſus.

5. *Libri ſacri ſunt canonici vel apocryphi: item ἐνδιάθηκοι, i. e. teſtamentarij, vel nunquam relati in canonem*

6. *Traditio eſt Scripturæ conſentanea, vel diſſentanea.* Illa eſt homogenea, & incluſa finibus Scripturæ: hæc heterogenea.

7. *Poteſtas interpretandi Scripturam eſt abſoluta & illimitata, vel limitata.* Illa eſt ſolius Dei: hæc eſt *publica*, totius eccleſiæ, *vel privata*, ſingulorum credentium. *Rurſus poteſtas interpretandi publica eſt univerſalis, vel particularis.*

8. *Senſus Scripturæ eſt literalis, vel ſpiritualis.* Literalis, ſive grammaticus, propriè eſt ſenſus: iſque aut eſt ſimplex, & hic vel nativus vel tropicus & figuratus; aut compoſitus. Vide paulò pòſt diſt. 26. Senſus ſpiritualis qui dicitur, eſt accommodatio ſenſus. Et hic eſt allegoricus, tropologicus, vel anagogicus. Itaque ſenſus Scripturæ eſt unicus duntaxat, videl. literalis: applicatio verò iſtius ſenſus eſt triplex.

9. *Allegoria*, ut Auguſtinus docet, *eſt ſermonis*, ut cum Chriſtus dicitur janua: *vel hiſtoriæ*, ut Jonas eſt typus Chriſti: *vel*

*facti*, ut Simſon morte ſuâ opprimens Philiſtæos eſt typus Chriſti: *vel ſacramenti*, ut Paſcha eſt typus Chriſti.

10. *Allegoria eſt oblata, vel quæſita: & hæc rurſus eſt ἔυκαιρ@, tempeſtiva*, quæ literalem ſenſum non enervat: *vel ἄκαιρ@, abſurda & intempeſtiva*.

11. *Traditio eſt ſcripta, vel non-ſcripta: bona, mala, vel adiaphora: ritualis, hiſtorica, vel dogmatica: apoſtolica, vel eccleſiaſtica: divina, vel humana: univerſalis, vel particularis: perpetua, vel temporaria: interna, vel externa*.

12. *Libri Scripturæ ſunt hiſtorici, dogmatici, vel prophetici*.

13. *Somnia ſunt φυσικὰ, δαιμονιόπεμπτα, vel θεόπεμπτα; & hæc theorematica, ſive ſimplicia; vel allegorica*.

14. *Prophetæ ſunt veri, vel falſi: & veri ſunt pij*, ut David, *vel impij*, ut Bileam. *Rurſus prophetæ veri aut ſcriptis ſunt clari, aut* non: *& illi ſunt priores*, ut Moſes, Samuel &c. *vel poſteriores, ijq; tum majores* numero quatuor, *tum minores* duodecim.

15. *Interpretatio Scripturæ alia eſt ἐκ γραφῆς*, quæ ſumitur ex ipſâ Scripturâ: *alia ἐκ παραδόσεως*, quæ veluti precariò ſumitur à viris doctis. Prior illa ſemper eſt legitima, poſterior eſt legitima, vel illegitima.

16. *Ver-*

16. *Verbum DEI eſt ἀκουστὸν, audibile, vel ὁρατὸν, viſibile.* Illud prædicatur, hoc eſt ſacramentum.

17. *Enthuſiaſmus eſt divinus* 2. Sam. 23. v. 2. *vel diabolicus*, ſive fanaticus.

18. *Ecſtaſis eſt naturalis, diabolica, vel divina.* De poſtremâ vide 2. Cor. 12. v. 2. & ſeqq.

19. *Scriptura ſacra conſideratur ſecundum eſſentiam, vel accidens*: ſeu, quod idem eſt, quantum ad rem & modum.

20. *In Scripturâ S. occurrit materiale & formale.*

21. *Perfectio Scripturæ eſt totius canonis, vel ſingulorum librorum in canone.*

22. *Scientia rerum divinarum in prophetis & apoſtolicis eſt diſtinguenda à ſcientiâ conſiliorum, voluntatis & judicij humani.* Ibi prophetæ & apoſtoli fuerunt conſtituti extra periculum lapſus: hîc ſecus 1. *Sam.* 16. *v.* 7. & 2. *Sam.* 7. *v.* 3.

23. *Aliud eſt promittere in certitudine veritatis, aliud in veritate mentis.* Solus DEUS promittit priori modo; apoſtolus promiſit poſteriori modo, ſe venturum ad Romanos, quod tamen non fecit. *Rom.* 16. *v.* 24.

24. *Interpretatio Scripturæ eſt authoritatis ſupremæ, media, vel infima.* Authoritas ſuprema eſt divina; quæ locum habet in

interpretatione, quæ DEUM habet authorem, vel in ipsâ Scripturâ occurrit, ut cùm apoſtoli interpretantur loca quædam V. T. Authoritas media eſt eccleſiaſtica; quæ locum habet in interpretatione totius eccleſiæ catholicæ, aut particularis. Authoritas infima eſt humana; quæ locum habet in interpreratione privati alicujus hominis.

25. *Norma interpretationis SS. literarum eſt primaria, vel ſecundaria.*

26. *Oracula Spiritus ſancti ſunt ſimplicia, vel compoſita.* Illa ſunt, quæ unā habent ſignificationem, ſive propriam, ſive figuratam: hæc, quæ typo & veritate typi conſtant, ac proinde geminam habent ſignificationem & impletionem, v. g. in Davide & Chriſto.

27. *Quatuor ſunt genera effatorum in Scripturis: videl.* στοιχειῶδες, ubi & verba & res ſunt clara: σεμνὸν, ubi res ſunt claræ, ſed verba ſublimiora: μυστικὸν, ubi verba ſunt obvia, ſed res ſublimiores: *denique* ἀνομοιαστικὸν, ubi & verba & res ſunt ſublimiora.

28. *Analogia, quam oportet reſpicere in Scriptura interpretatione, eſt fidei, vel charitatis.*

29. *Collatio locorum Scriptura eſt ſimilaris, vel diſſimilaris.* Illa eſt locorum phraſi,

vel

vel ſenſu congruentium: hæc eſt τῶν ἐναντιοφανῶν.

30. *Editio Scripturæ eſt authentica, ſive originalis, vel tranſſumta.*

31. *Variæ lectiones ſunt aut in locis fundamentalibus, aut non-fundamentalibus: & utraq; vel ſubſtantiam textus attingunt, vel accidens aliquod.* Quod attinet ad varias lectiones in V. & N. T. illæ non attingunt ſubſtantiam textus.

32. *Explicatio ſeu interpretatio Scripturæ eſt vera, vel falſa: apodictica, vel probabilis: ſynthetica, vel analytica: & utraque, eccleſiaſtica vel ſcholaſtica.*

33. *Vſus Scripturæ eſt theoreticus, vel practicus. Ille* eſt didaſcalicus ſeu doctrinalis, vel elencticus, ſeu judicialis, & is quidem tum directivus, tum definitivus: *hic eſt,* pædeuticus, ſeu inſtitutivus, epanortheticus, ſeu correctivus, vel paracleticus, ſeu conſolatorius. Confer 2. *Timoth.* 3. & *Rom.* 15.

34. *Aliquid continetur in Scripturâ vel expreſsè,* id eſt, totidem verbis: *vel implicitè,* id eſt, per bonam conſequentiam inde poteſt deduci. Vel, ut alii loquuntur: Aliquid continetur in Scripturâ κατὰ τὸ ῥητὸν, ſeu αὐτολεξί, vel κατὰ διάνοιαν.

35. *Oportet accuratè diſtinguere inter res DEI & res Scripturæ.*

36. *Perſpicuitas Scripturæ conſideratur abſolutè, vel relatè ad noſtrum intellectum.* Priori modo Scriptura planè eſt perſpicua, quippe lux mera: poſteriori modo eſt magis vel minùs clara, prout homo, qui legit Scripturam, eſt regenitus, vel non. Ubi & magna varietas occurrit in regenitis, quoniā alij magis, alij minùs ſunt regeniti.

37. *Interpres Scripturæ eſt ſummus & infallibilis, vel miniſterialis & fallibilis.* Ille eſt ipſa Scriptura: hic eſt publicus, vel privatus. Publicus eſt univerſalis, ut eccleſia: vel particularis, ut omnes illi, qui habent donum prophetandi: Privatus eſt quilibet fidelis, qui habet donum diſcretionis & probationis ſpirituum.

38. *Forma Scripturæ eſt interna, vel externa.* Forma interna eſt ratione vocum, vel rerum. Ibi eſt ſignificatio divina: hîc conformitas cum mente DEI revelantis. Forma externa eſt librorum canonicorum diſpoſitio.

39. *Iudiciū in controverſiis fidei adhibendū eſt triplex; veritatis, charitatis, & prudentiæ.*

40. *Confeſſiones fidei, ſeu doctrinæ ſacræ, ſunt publicæ, vel privatæ.* Illæ ſunt integrarum eccleſiarum: hæ virorum illuſtrium.

41. *Catecheſis religionis Chriſtianæ eſt major, vel minor: publica, vel privata.*

42. *Teſtimonium, quo conſtat Scripturam*

V. &

*V. & N. T. eſſe verbum DEI, eſt internum, vel externum: & hoc eſt tum ipſius Scripturæ, tum eccleſiæ.* Internum eſt principale, privatum & infallibile: externum, quantum ad Scripturam ipſam de ſe teſtantem, eſt itidem principale, & infallibile; quantum ad eccleſiam, eſt miniſteriale.

43. *Lumen, quo mediante videntur myſteria Scripturæ, eſt partim externum, in ipſâ Scripturâ; partim internum, in cordibus noſtris, ut eſt lumen fidei.*

44. *Apoſtoli, ut amanuenſes DEI non potuerunt errare; at potuerunt, ut homines privati.* Idem judicium eſt de prophetis.

45. *Aliquid eſt obſcurum vel in ſe, vel alteri.*

46. *Cauſa obſcuritatis ſcripti eſt vel interna, eaq; partim ſublimitas, partim perplexitas: vel externa, ut eſt lectoris infirmitas ſive inſcitia, vel malitia.* De difficultate idem eſt judicium.

47. *Scriptura eſt regula, ſive norma, non materialis, ſeu Lesbia; ſed formalis, ſeu immota.*

48. *Menſura eſt menſurans, vel menſurata: & illa primò prima, vel δευτερόπρωτος.*

49. *Iudex controverſiarum in negotio religionis eſt independens & infallibilis, ut Spiritus ſanctus, vel dependens, & is vel infallibilis, ut Scriptura, vel fallibilis, ut eccleſia.* Cum

hâc diſtinctione coincidit illa, quòd judex controverſiarum ſit independens & illimitatus, vel dependens, & is illimitatus, vel limitatus.

50. *Iudex eſt inappellabilis, vel appellabilis: normalis, vel perſonalis.*

51. *Perfectio eſt eſſentialis, vel integralis: totius, vel partis: eſſentiæ, ſeu partium eſſentialium, vel graduum: abſoluta & univerſalis, vel certi temporis & particularis.*

52. *Biblia ſunt magna, vel parva.* Illa dicuntur Biblia abſolutè; hæc, Catecheſis.

53. *Singuli libri in Canone ſunt perfecti partim ratione finis & circumſtantiarum, quibus deſtinati fuerunt; partim ratione relationis ad canonem.*

54. *Qui legit Scripturam eſt doctus, vel indoctus* 2. Pet. 3. v. 16. *ſtabilis, vel inſtabilis* ibid. *electus, vel reprobus.* 2. Corinth 4. v. 3. habens αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, vel non.

55. *Velamen Moſis eſt typicum, vel typo adumbratum.* 2. Cor. 3. v. 13.

56. *Paradoxum eſt philoſophicum, theologicum, vel ridiculum.*

57. *Myſterium eſt revelatum, vel abſconditum.*

58. *In Scripturâ ſunt alia dogmata ad ſalutem præciſè neceſſaria, alia honoraria.*

# CAP III.

## De DEO.

1. NOmina DEI *ſunt ab ipſo Deo enunciata*, ut Ehejeh, *vel ab aliis*, ut Θεός: *notant Dei eſſentiam*, ut Jehovah, *vel perſonas*, ut Pater, Filius, & Spiritus ſanctus: *ſunt abſoluta*, ut Deus, *vel reſpectiva*, eaque reſpiciunt perſonas divinas, ut Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, vel creaturas, ut dominus, creator: *ſunt propria*, & ſoli Deo conveniunt, ut Jehova, Jehova Zebaoth, *vel communia*, ita nempe ut etiam creaturis conveniant, ut Elohim, Deus: *ſunt communia toti Trinitati*, ut Deus, Jehova, *vel perſonarum propria*, idque vel ſimpliciter, ut Pater, Filius, Spiritus ſanctus, vel certo modo, ut creator, redemtor: *ſunt affirmata*, ἀποφατικὰ, ut omnipotens, *vel negata*, καταφατικὰ, ut immenſus: *ſunt abſtracta*, ut eſſentia, deitas, *vel concreta*, ut Deus, perſona: *ſunt propria*, ut Pater, Jehova, *vel figurata*, ut rupes, leo de tribu Juda.

2. *Nomen* Deus *accipitur ſubſtantivè*, & ita notat eſſentiam æternam ac infinitam; *vel nuncupativè*, & ita ſumitur *vel analogicè*, ut cum magiſtratus dicuntur dij, *vel æquivocè*, ut cũ diabolus appellatur Deus.

Huc

Hucpertinet, quod dicunt, nomen DEUS tribui creaturis κοινωνητῶς vel δοξαστῶς.

3. *Proprietates DEI ſunt eſſentiales, vel perſonales: & illæ ſunt affirmantes, vel negantes; incommunicabiles, vel communicabiles; quieſcentes vel operantes ſeu energeticæ; propriæ, vel metaphoricæ; deniq; tribuuntur DEO à priori, vel poſteriori.*

4. *Proprietates DEI eſſentiales conſiderantur abſolutè, vel relatè,* ſive ad intra, vel ad extra.

5. *Omnipotentia DEI eſt abſoluta, vel actualis.* Vide Matth. 3 v 9. & 19 v. 26. Pſal. 115. 3. Illa etiam extraordinaria dicitur, hęc ordinaria & ordinata.

6. *Gloria DEI conſideratur à priori, vel à poſteriori.* Illa eſt in DEO ex perfectione ejus abſolutâ: hæc partim oritur ex operibus ejus, partim illi tribuitur à ſanctis.

7. *Cognitio DEI eſt activa, vel paſſiva.* Illa eſt, quâ DEUS cognoſcit; hæc, quâ cognoſcitur. Eâdem ratione *amor DEI, charitas DEI,* & ſimilia diſtinguuntur.

8. *Notitia DEI eſt theoretica, vel practica.* Illa eſt viſionis, hæc approbationis. Matth 7. v. 23.

9. *Iuſtitia DEI eſt manifeſta, vel occulta.* Illa eſt remunerans, vel puniens; hæc dans, vel negans.

10. *Dilectio* DEI, *quâ nos diligit, eſt antecedens, vel conſequens.*

11. *Amor* DEI, *quo nos proſequitur, eſt communicationis, vel complacentiæ: generalis, ſpecialis, vel ſpecialiſſimus.*

12. *Gratia* DEI *eſt æterna, vel temporaria: aſſiſtens, vel habitualis: gratis dans, vel gratis data: externa, vel interna: movens, vel quieſcens: prima, vel ſecunda: ordinaria, vel exordinaria: privativa, vel poſitiva: ſufficiens, vel efficax: excitans, vel adjuvans: operans, vel cooperans: gratum faciens, vel non: creationis, vel redemtionis, illa etiam naturalis, hæc ſupernaturalis dicitur: antecedens, comitans, vel ſubſequens: communis, vel ſingularis: ſalutaris, vel non: reſiſtibilis, vel irreſiſtibilis.*

13. *Scientia* DEI *eſt naturalis, ſive neceſſaria, libera vel media: ſimplicis intelligentiæ, vel viſionis: theoretica, practica, vel ſyncheretica: abſoluta, vel conditionalis.*

14. *Voluntas* DEI *eſt ſigni, vel beneplaciti: approbationis, effectionis, vel permiſſionis: abſoluta, vel conditionalis: antecedens, vel cõſequens: efficax, vel inefficax: revelata, vel arcana: ordinaria, vel exordinaria: de nobis, vel à nobis: patefacta in lege, vel evangelio.*

15. *Perſona eſt divina, angelica, humana, vel* θεανδρικὴ.

16. *Vox* Pater *de* DEO *uſurpatur* ȣ̓σιωδῶς.

δῶς vel ὑποστατικῶς, id eſt, *eſſentialiter, vel perſonaliter.* Illo modo Deus eſt Pater reſpectu Chriſti: hoc modo, reſpectu noſtri.

17. *Generatio eſt phyſica, metaphyſica* ſeu *logica, & hyperphyſica.*

18. *Filius Dei eſt naturalis, vel adoptivus.* Seu, *Filius Dei eſt per naturam, vel gratiam.*

19. *Imago Dei eſt ſubſtãtialis & univoca, vel accidentalis & æquivoca.* Priori modo Chriſtus eſt imago Patris *Coloſſ.* 1. poſteriori homo dicitur conditus ad imaginem Dei.

20. *Vox hæc,* Spiritus ſanctus, *accipitur* οὐσιωδῶς, vel ὑποστατικῶς, vel ἐνεργητικῶς pro dono.

21. Περιχώρησις *eſt naturalis,* quomodo forma περιχωρεῖ formatum: *vel ſupernaturalis,* quæ eſt partim in SS. Trinitate. *Ioh.* 14. *v.* 11. partim in Chriſto θεανθρώπῳ.

22. *Nomen* Deus *accipitur vel* οὐσιωδῶς, Gen. 1. v. 1. *vel* ὑποστατικῶς Joh. 3. v. 16.

23. *Æternum aliquid dicitur* ἁπλῶς, *ſimpliciter,* ut Deus, angelus: *vel* κατά τι, *ſecundùm quid,* ut circumciſio *Gen.* 17. dicitur fœdus æternum. Si malis, ita habe: Æternum dicitur catachreſticè, pro diuturno: vel propriè, & ſic abſolutè, vel limitatè.

24. *Æternitas alia eſt à priori & poſteriori*

*riori ſimul, alia à poſteriori tantùm.* Illo modo ſolus Deus eſt æternus per naturam: hoc angeli & animæ per gratiam.

25. *Præſentia Dei eſt generalis, ſpecialis, vel ſpecialiſſima.* Illa eſt, quâ Deus eſt ubique: iſta, quâ adeſt electis: hæc, quâ λόγος habitat in carne Chriſti. Si malis, ita diſtingue. *Gradus præſentiæ Dei duo ſunt:* χωριστὸς, *ſeparabilis, &* ἀχώριστος, *inſeparabilis.* Gradus χωριστὸς eſt aut τεταγμένος, *ordinarius, iſque* γενικὸς, *generalis, vel* εἰδικὸς, *ſpecialis: aut* θαυμασιώδης, *extraordinarius. Gradus* ἀχώριστος *cernitur in humanâ Chriſti naturâ.*

26. *Triplici via pervenitur ad cognitionem Dei: videl. viâ negationis, eminentiæ, & cauſalitatis.*

27. *Contemplatio ſive cognitio Dei, omniumq; rerum divinarum, eſt nuda, vel actuoſa.* Illa eſt ſine affectu pietatis, & theoretica tantùm: hæc eſt conjuncta cum affectu pietatis, adeoque practica.

28. *Cognitio, quâ DEVM cognoſcimus, non eſt comprehenſiva, ſed apprehenſiva.*

29. *Particula* omnis *ſignificat vel univerſalem naturam, vel totum in toto.* Prioris exemplum eſt, Omnis homo mendax: Poſterioris, Omnis divina eſſentia eſt in Patre.

30. *Chri-*

30. *Chriſtus eſt ſapientia Patris, non ſubjectivè & eſſentialiter, ſed characteriſticè & perſonaliter.*

31. *Pœnitentia tribuitur* DEO *non ratione affectus, ſed ratione effectus.*

32. *DEVS eſt unus numero abſolutè*, ita nempe ut ſit ſolus: *non relatè*, ut ego ſum unus numero.

33. *Generatio divina eſt activa, vel paſſiva.* Similiter ſpiratio divina.

34. *Immutabilitas* DEI *eſt omnimoda, non verò limitata.*

35. *DEVS eſt infinitus ſecundùm ſubſtantiam, non ſecundùm quantitatem aut qualitatem: negativè, non privativè: actu, non potentiâ: ſimpliciter, non ſecundùm quid: per ſe, non per aliud.*

36. *Magnitudo* DEI *non eſt prædicamentalis*, id eſt, mathematica, *ſed tranſcendentalis*, id eſt, ſpiritualis.

37. *Immenſitas* DEI *eſt tum eſſentiæ, tum potentiæ.* Utraque eſt intenſiva, non extenſiva.

38. *DEVS eſt ubiq; ſeu in omnibus locis, non ut locatum, ſed ut cauſa infinita & immenſa.*

39. *DEVS eſt immenſus non tantùm reſpectu noſtri, ſed etjam in ſeipſo abſolutè.*

40. *Potentia* DEI *non eſt paſſiva, ſed activa, eaq; intellectiva, & executiva.*

41. DEVS

41 *DEVS eſt actus non phyſicus, ſed ſuper phyſicus: non mobilis ſed immobilis.*

42 *DEVS adeſt omnibus rebus immediatè, immediatè ſuppoſiti & virtutis.*

43. *DEVS eſt æternus φύσει, id eſt, naturâ, non verò χάριτι, hoc eſt gratiâ.*

44. *Vita DEI eſt ſpiritualis, non corporalis. Et rurſus eſt fontalis,* id eſt, cauſa omnis vitæ, *non verò participata.*

45. *DEVS eſt incomprehenſibilis ſimpliciter, non verò ſecundùm quid.*

46. *DEVS non cognoſcitur à nobis à priori, ſed à poſteriori.* Etſi enim quædam proprietates dicuntur DEO tribui à priori, quædam à poſteriori: hoc tamen non labefactat datam diſtinctionem, cujus hic eſt ſenſus, DEUM non cognoſci per aliquam ſui cauſam, utpote quam non habet. Cùm verò quædam proprietates dicuntur DEO tribui à priori, hic eſt ſenſus, quòd prædicentur de DEO abſolutè, abſque ordine & relatione ad creaturas.

47. *Cognitio, quâ DEVM cognoſcimus, non eſt accidentaria, ſed quidditativa.* Neq; enim in DEO ſunt accidentia, ſed ipſe eſt mera quidditas, ſeu eſſentia.

48. *Scientia, quâ DEVS cognoſcit, eſt actualis non verò habitualis.*

49. *DEVS omnia novit per eſſentiam ſuam, non verò per ſpecies à rebus acceptas.*

novit

*novit ſimplici intuitu, non verò per diſcurſum: novit cognitione diſtinctâ, non verò confuſâ: novit perfectè & adæquatè, non verò imperfectè.*

50. *Deus novit res, poſtquam ſunt, neceſſariò, ſed non ex neceſſitate naturæ.* Ita enim ſeipſum intelligit.

51. *In Deo ſunt omnes omnium rerum perfectiones, non eſſentialiter, ſive formaliter, ſed virtualiter, ſive cauſaliter & eminenter.*

52. *Voluntas Dei eſt ad intra vel ad extra.* Illa dicitur voluntas Deo naturalis; item neceſſaria, interna, & de ſeipſo: hæc libera, indifferens, contingens, externa & de aliis. *Deinde voluntas DEI eſt complacentiæ, vel communicationis: item antecedens omnes cauſas, vel ſibi cauſam conſtituens: item voluntas majeſtatis, vel paterna.*

53. *Libertas Dei eſt independens & illimitata, non verò dependens & limitata.* Hinc Deus dicitur agens liberrimum.

54. *Bonitas Dei eſt interna, vel externa:* & hæc dicitur benignitas, miſericordia, amor, &c. *Deinde bonitas Dei eſt neceſſaria, vel libera.*

55. *Iuſtitia Dei eſt interna, ſeu abſoluta, vel externa:* & hæc eſt vel dominica, vel paterna, vel judiciaria: & rurſus hæc poſtrema eſt cognoſcens, vel retribuens:

& ite-

& iterum hæc eſt renumerativa, vel vindicativa. *Item juſtitia DEI eſt in dictis, vel factis: & hæc diſpoſitiva, vel diſtributiva.*

56. *Miſericordia eſt in Deo, non ſecundùm paſſionis & triſtitiæ affectum, ſed ſecundùm beneficentiæ & liberalitatis effectum.*

57. *Amor Dei eſt neceſſarius, vel liber.* Ille eſt, quo Deus ſeipſum amat tanquam ſummum bonum: hic, quo fertur in bonum extra ſe.

58. *Deus poteſt facere impoſſibilia naturæ, ſed non impoſſibilia naturâ*, hoc eſt, illa, quæ ſunt ſimpliciter, prorſus, & per ſe impoſſibilia, ut ſunt contradictoria.

59. *Omnipotentia Dei eſt interna, vel externa.* Illa ab æterno velut in theſauris divinis fuit abſcondita, hæc in tempore ſe exſerit.

60. *Attributa Dei non differunt realiter, ſed ratione objectorum & effectorum.* Vel ut alii loquuntur non differunt, quatenus ſignificantur nominibus primæ intentionis (ita enim ſunt ipſiſſima Dei eſſentia.) ſed quatenus ſignificantur nominibus ſecundæ intentionis, id eſt, ratione noſtri conceptus.

61. *Proprietates DEI eſſentiales ſunt naturales*, ut unitas, ſimplicitas, immuta-

mutabilitas, &c. vel morales, ut veracitas, bonitas, &c.

62. *Proprietates DEI perſonales, ſeu hypoſtaticæ, ſunt pluribus perſonis communes*, ut ſpirare Patri & Filio: *vel uni propriæ*, ut Patri eſſe à ſe, & generare Filium.

63. *Vita DEI eſt eſſentialis vel perſonalis.* Illam vivunt tres perſonæ communiter: hæc eſt, quam vivit unaquæque peculiariter: ut Pater vivit vitam ſuam, ſine datore: Filius, datore Patre: Spiritus ſanctus, datore Patre & Filio.

64. *Generatio & ſpiratio eſt corporalis, vel ſpiritualis: mobilis, ſeu mutabilis, vel immobilis ſeu immutabilis: interna, vel externa: temporalis, vel æterna.*

65. *Perſonæ SS. Trinitatis ſunt hoc ordine: una à nullâ*, ut Pater: *una ab unâ*, ut Filius: *una à duobus*, ut Spiritus ſanctus.

66. *In SS. Trinitate non eſt origo eſſentiæ, ſed perſonæ. Nec ibi eſt principium temporis, ſed originis perſonalis.*

67. *Eſſe Patris, & eſſe Patrem: eſſe Filij, & eſſe Filium: eſſe Spiritus ſancti, & eſſe Spiritum ſanctum, differunt.* Et priori quidem formulâ ſignificatur eſſentia deitatis, quæ tribus perſonis eſt communis: poſteriori character eſſentiæ, qui cuilibet perſonæ eſt proprius.

68. *In DEO eſt ἄλλος καὶ ἄλλος, id eſt,*

alius

*alius & alius: ſed non ἄλλο καὶ ἄλλο, id eſt, aliud & aliud.*

69. *Eſſentia Dei conſideratur communiter, vel ſingulariter.* Priori modo æqualiter eſt in Patre, Filio, & Spiritu ſancto: Poſteriori modo eſt in Patre ἀγεννήτως, in Filio γεννητῶς, in Spiritu ſancto ἐκπορευτῶς.

70. *Simplicitas Dei eſt omnimoda, ſive abſoluta, non verò comparata*, qualis tribuitur angelis, & aliis quibuſdam creaturis.

71. *Perfectio Dei eſt illimitata, non verò limitata.*

72. *Benignitas Dei eſt generalis, vel ſpecialis.*

73. *Diſtinctio perſonarum SS. Trinitatis eſt interna, vel externa.* Illa fit per actus notionales, qui appellantur opera ad intra: hæc per actus temporales, qui appellantur opera ad extra.

74. *Proceſſio, ſeu emanatio, eſt corporea, vel ſpiritualis.* Illa eſt phyſica, & fit ad extra: hæc eſt vel metaphyſica, quomodo procedit ratio à mente; vel hyperphyſica, eaque fit vel per modum generationis, uti Filius procedit à Patre: vel per modum ſpirationis, uti Spiritus ſanctus procedit à Patre & Filio. Quanquam proceſſio uſi-

tatè tantùm uſurpatur de Spiritu ſancto. Strictè enim ſumitur.

75. *Nomen Dei accipitur materialiter*, pro voce, *vel formaliter*, pro re, atque ita complectitur majeſtatem Dei, ſeu eſſentiam, perſonas, & opera Dei.

76. *Facies Dei eſt intenta, vel intentiſſima.* Illa etiam dicitur dorſum Dei, & facies remiſſa, item poſteriora Dei: hæc, facies abſolutè, & priora.

77. *Caritas eſt increata, vel creata.* Illa dicitur caritas caritativa: de quâ accipe illud apoſtoli, Deus eſt caritas. *1. Iohan. 4. v. 8. 16.*

78. *Affectus ſunt boni, mali, vel indifferentes: & hi poſſunt eſſe temperati, vel immodici.* Affectus, qui de Deo prædicantur, ſunt naturâ ſuâ boni, vel indifferentes.

79. *Perfectio eſt increata, vel creata: & illa eſt communis ſeu eſſentialis, vel propria ſeu perſonalis.*

80. *Prius & poſterius non eſt in æternitate ratione temporis, ſed ratione ordinis & originis*: ut Pater eſt prior Filio.

81. *Dependentia, quâ Filius & Spiritus ſanctus dependent, non eſt ratione eſſentiæ, ſed ſubſiſtentiæ ſive characteris.*

82. *Dare & accipere ſunt actus continuus,*

*nuus, vel interruptus.* Ille vel nullum habet principium & finem, quomodo Pater dat & Filius accipit; vel habet quidem principium, ſed non finem, quomodo ſol radiis ſuis dat eſſentiam: hic & principium, & finem habet.

83. *Spiritus ſanctus dicitur eſſe quantum ad perſonam, officium ſeu gratioſam operationem, vel noſtram notitiam.*

84. *Vox* Altiſſimus *accipitur* οὐσιωδῶς, *vel* ὑποστατικῶς.

85. *Miſſio eſt æquiparantia, vel diſquiparantia.* Ibi æqualis mittit æqualem: hîc ſuperior inferiorem.

86. *Intellectus & voluntas in Deo conſiderantur in Deo vel abſolutè & communiter, ſecundùm eſſentiam; vel relatè & ſingulariter, ſecundùm perſonas.*

87. *Vocabulum* Spiritus *accipitur ſubſtantialiter, vel accidentaliter.* Ibi eſt Spiritus increatus, vel creatus: hîc ſignificatur motus & donum ſpirituale; quo ſenſu *Apocal.1.* ſeptem Spiritus figurant dona Spiritus ſancti.

88. *Speculum Trinitatis ſolus Deus intuetur actu immenſo, ſancti angeli & homines actu demenſo.*

89. *Eſſentia DEI eſt communis tribus perſonis non tanquam aliquid univerſale,*

*ſed tanquam res ſingulariſſima, per modum* ταυτότητος *planè mirabilis.* Nimirum ſingulare ſeu individuum poteſt eſſe multis commune, vel οὐσιωδῶς, vel χρηστικῶς. Illo modo eſſentia Dei eſt communis tribus perſonis: hoc modo fons, ſilva, vel aliud bonum eſt commune toti univerſitati ſeu reipublicæ.

90. *In attributis Dei ſpectatur longitudo, latitudo, altitudo, & profunditas.* De actionibus Dei idem eſt judicium.

91. *Omnia ſunt DEO præſentia ratione ideæ, non ratione ſpeciei: ſeu, ratione præſcientiæ, non verò exiſtentiæ.*

92. *Deus ex irato fit placatus, & contrà, non mutatione eſſentiæ, ſed commutatione judiciorum cum beneficiis, & viciſſim.*

93. *Perſonæ SS. Trinitatis diſtinguuntur reverâ non eſſentialiter, ſed perſonaliter.*

94. *Filius eſt minor Patre, quatenus generationis ſuæ authorem agnoſcit Patrem, ut ſunt verba Ignatij: ſed non eſt minor propter eſſentiæ unitatem.* Ita enim eſt αὐτόθεος, æquè ac Pater.

95. *Aliud eſt mutare, aliud mutari.* Hinc eccleſia de Deo canit: Cuncta movens, non movetur, Cuncta mutans, non mutatur.

96. *Generatio & ſpiratio divina ſemper eſt* ἐν τῷ εἶναι, *id eſt, in eſſe perpetuo & immobili,*

*bili, non verò ſemper eſt in fieri.*

97. *Omnia ſunt in Deo, tanquam effecta in cauſâ univerſali, modo eminentiſſimo: non verò, ut partes in toto, vel aliâ ratione.*

98. *Deus eſt immenſus non extenſivè, ſed omnia circumplectendo tanquam punctum vel potius nihilum.*

## CAP. IV.

### *De actionibus Dei in genere.*

1. *Actiones DEI ſunt immanentes, vel tranſeuntes.*

2. *Actiones Dei ſunt internæ, vel externæ. Actiones Dei internæ* ſunt aliæ ad intra, eæque vel eſſentiales, ut cognitio quâ Deus ſeipſum intelligit, &c. vel perſonales, ut generatio: aliæ ad extra, ut decreta. *Actiones externæ* omnes ſunt ad extra.

3. *Opera Dei ſunt ordinaria, vel extraordinaria.*

4. *Actiones Dei ſunt immediatæ, vel mediatæ: individuæ, vel dividuæ*, illæ inſtantaneæ, hæ ſucceſſivæ.

5. *Deus agit ſine repaſſione & reſiſtentiâ, & per contactum hyperphyſicum: non verò cum repaſſione & reſiſtentiâ, & per contactum phyſicum.*

6. *Actio Dei eſt phyſica, vel moralis.* Phyſica eſt, quâ Deus *influit*: moralis, quâ in-

vitat, monet, rogat, præcipit, &c. Dicitur autem actio phyſica non ratione modi aut modus, ſed ratione ſimilitudinis æquivocæ. Nam nulla actio phyſica poteſt Deo tribui univocè: quia nempe eſt motus.

7. *Actiones Dei ſunt neceſſariæ*, ut illæ ad intra; *vel liberæ*, ut illæ ad extra.

8. *Opera Dei ad intra dicuntur latè, vel ſtrictè.* Illa ſunt actiones, quæ terminantur ad Deum; hæc ſunt actus notionales perſonarum.

9. *Opera Dei ad extra dicuntur latè & ſtrictè.* Ibi intelliguntur decreta & executio decreti: hîc ſpectatur ſolùm executio decreti Dei.

10. *Opera perſonalia SS. Trinitatis ſunt interna & æterna*, ut generatio & ſpiratio: *vel externa & in tempore*, ut vox Patris de Filio *Matth.* 3. &c.

11. *Actiones Dei ſunt manifeſtæ, vel occultæ.*

12. *Actiones Dei ſunt nobis cognitæ vel quantum ad τὸ ὅτι, vel quantum ad τὸ διότι.* Sic novimus, cur Deus nos juſtificet, quia nempe nobis applicat juſtitiam Chriſti. At non novimus, cur decreverit his dare vitam æternam, illis non.

13. *Ordo in actionibus Dei eſt manifeſtus, vel occultus.*

14. *Actio*

14. *Actio Dei eſt incommunicabilis*, ut creatio: *vel communicabilis*, patratio miraculorum, vocatio hominũ ad ſalutem, &c.

15. *Actiones Dei ſunt ante tempora, in tempore, vel poſt tempora.* Aliis placet hæc dichotomia: Actiones Dei ſunt ab æterno, vel in tempore.

16. *Beneficia Dei Patris, Filij, & Spiritus ſancti ſunt communia, vel propria.* Communia concernunt vel omnes creaturas, vel omnes homines, vel omnes vocatos: propria reſpiciunt omnes & ſolos electos.

17. *Actiones Dei ad creaturas relatæ, ſunt liberæ quantum ad actum ſeu exercitium actus; neceſſariæ quantum ad modum ſeu ſpecificationem actus.*

18. *Actiones Dei ſunt immenſæ, quantum ad potentiam ſeu modum agendi, finitæ quantum ad actum terminatum in creaturâ.*

19. *Aliquid eſt commune quantum ad rem; proprium, quantum ad modum* Sic creatio communis eſt tribus perſonis SS. Trinitatis, quantum ad rem ipſam; eadem eſt propria Patris, quantum ad modum.

20. *Actio Dei eſt reſiſtibilis, vel irreſiſtibilis.* Nimirũ volũtas ſigni, & proinde actio ab illâ emanans, eſt reſiſtibilis. *Act. 7. v. 51.*

21. *Opera Dei ſunt diviſa, vel indiviſa,* id eſt, propria, corporum perſonarum, vel cõmunia omnibus perſonis SS. Trinitatis.

22. *Opera Dei ſunt inimitabilia, vel imitabilia.* Ibi eſt creatio mundi, hîc dilectio.

23. *Opera Dei ſunt cognita quantum ad ὅτι, vel διότι.*

24. *Deus operatur per φύσιν, vel συγκατάβασιν.*

## CAP. V.

## *De Decretis* DEI.

1. *DEcreta Dei conſiderantur à priori, vel poſteriori.*

2. *Fatum eſt Chriſtianum ſeu theologicum phyſicum, vel profanum.* Illud eſt ipſa Dei providentia; iſtud, vis naturæ rebus indita *Gen.* 1 & 8. *v. ult.* hoc eſt Stoicum, vel Chaldaicum.

3. *Idea eſt divina, vel humana: vera, vel imaginaria,* ut eſt Platonica: *diſtincta, vel confuſa.*

4. *Poſito decreto Dei ponitur neceſſitas præſcientiæ & infallibilitatis, non verò coactionis.*

5. *Decretum Dei eſt generale, vel ſpeciale: abſolutum, vel præſupponens cauſam à Deo conſtitutam: ſimplex, vel comparatum: arcanum, vel revelatum: circa fines rerum, vel circa media: efficiens, dirigens, præcipiens, vel permittens: abſolutum, vel conditionatum.*

*6. Idea*

6. *Idea divina eſt ſpeculativa, vel practica.*

7. *Decreta Dei ſecundùm principium ſui ſunt ipſa divina eſſentia: ſed ratione termini ad quem, ſeu ratione objectorum, non item.*

8. *Effecta ſeu opera DEI fuerunt ab æterno in Deo, non ſecundum eſſe formale, ſed ſecundùm eſſe virtuale ſeu eminens.* Atque hoc eſt, quod dicit apoſtolus *Epheſ.* 1. Deum nos elegiſſe in Chriſto ante jactum mundi fundamentum.

9. *Ideæ divinæ ſunt unum quid in eſſentiâ Dei: eædem ſunt multa ratione objectorum.*

10. *Neceſſitas eſt à priori*, ſeu conſtituens, *vel à poſteriori, ſeu conſequens: interna, vel externa: immutabilitatis, vel coactionis: abſoluta*, ſeu conſequentis, *vel ex hypotheſi*, vel conſequentiæ.

11. *Actus decreti Dei eſt alius intellectus, alius voluntatis.* Ibi eſt conſilium & præſcientia: hîc præfinitio, & ordinatio.

12. *Decretum Dei eſt beneplaciti, vel ſigni.*

13. *Præſcientia Dei eſt theoretica, vel practica: indefinita, vel definita.*

14. *Decretum eſt completum, vel incompletum: peremtorium, vel non: irrevocabile, vel revocabile.* Quod attinet ad decreta Dei, illa ſunt completa, peremtoria, & irrevocabilia. Simili ratione dividitur ele-

ctio & reprobatio in genere ſpectata. Sed electio & reprobatio divina eſt ſemper completa, peremptoria, & irrevocabilis.

15. *Decreta Dei referuntur ad Deum, ſe invicem, & res decretas.* Primo modo ſunt actus intellectus & voluntatis, reipsâ unus, ratione diſtinctus: ſecundo, unum decretum eſt cauſa alterius: tertio, decreta Dei ſunt cauſæ exemplares rerum ratione effectionis, directionis, permiſſionis, impeditionis, approbationis, improbationis, &c.

16. *Decreta Dei ſunt theorica, vel practica.* Quo pertinet diſtinctio ideæ paulò ante tradita, in ſpeculativam, & activam.

17. *Decreta Dei ſunt poſitiva, ſeu affirmantia, vel negativa, ſeu negantia.*

18. *Decretum Dei eſt antecedens, vel conſequens.*

19. *Decreta Dei ſunt juſtitiæ manifeſtæ, vel occultæ.*

20. *Abyſſus eſt creationis, ſapientiæ Dei, judiciorum Dei, providentiæ, prædeſtinationis, Scripturæ ſacræ, &c.*

21. *Actus decreti divini eſt primò primus & abſolutus, vel dependens ab aliquo priori.*

22. *Cauſa motiva ſeu impulſiva decreti Dei aut eſt in ſolo Deo, aut in creaturâ per voluntatem Dei.*

CAP.

# CAP. VI.

## *De Decreto providentiæ.*

1. P*Rovidentia Dei eſt æterna, vel temporalis, ſeu actualis.* Illa eſt decretum providentiæ, hæc executio decreti.

2. *Decretum providentiæ eſt generale, vel ſpeciale.* Illud eſt ipſa providentia; hoc, prædeſtinatio.

3. *Decretum providentiæ eſt tum creationis, tum gubernationis.*

4. *Prolongatio vitæ fit à Deo, vel ab homine.* Et poſteriori modo fit ab aliis, putà à parentibus, qui filiis morigeris precantur benedictionem divinam: vel à nobis ipſis, per preces & ſanctam vitam. *Deinde prolongatio vitæ eſt ratione cauſæ primæ, vel cauſarum ſecundarum.* De abbreviatione vitæ idem eſt judicium.

5. *Decretum providentiæ, ut opponitur prædeſtinationi, eſt providentia generalis, vel ſpecialis: ordinaria, vel extraordinaria: immediata, vel mediata.* Confer infrà cum *cap.* 9.

6. *Providentia Dei æterna eſt menſura menſurans omnium rerum, non verò menſurata.* Nam omnia bona & mala, neceſſaria & contingentia, magna & parva &c: fiunt juxta formulam decreti Dei. *Eſai.* 45.

 *v.* 12.

*v.* 12. *Thren.* 3. *v.* 37. 38. *Matth.* 10. *v.* 19. 30. Hinc eleganter dicitur ex Auguſtino, omnia vel adjuvante Domino perfici, vel deſerente permitti, ipſoque nolente nihil prorſus admitti. Et Hieronymus admodum piè ſic alloquitur Deum: Dicam quidquam ſine te fieri, & te nolente tantum poſſe impium? Hoc ſentire, blaſphemum eſt. Hæc eadem fuit doctrina Lutheri, qui *cap.* 33. de ſervo arbitrio ſic ait: Tumultus & ſectas non vides divino conſilio & opere per mundum graſſari?

7. *Providentia Dei æterna infert neceſſitatem non ratione ipſarum rerum, ſed ratione præſcientiæ Dei.* Hoc ita patet. Deus pro liberrimâ & immutabili ſuâ voluntate, ab æterno, in ſeipſo definivit omnia, omniumque circumſtantias, quid eſſe vel non eſſe debeat, quantum, quale, ubi, quomodo, quando, &c. *Actor.* 2. *v.* 23. Hinc Auguſtinus: Non fit aliquid, niſi omnipotens fieri velit, vel ſinendo ut fiat, vel ipſe faciendo. Itaque omnia, quæ fiunt, ſunt neceſſaria ratione providentiæ, decreti, & conſilii Dei immutabilis & infallibilis. Quæ dicitur neceſſitas infallibilitatis. Si verò res ipſæ ſpectentur in ſeſe, in aliis eſt neceſſitas, in aliis contingentia, ratione principii proximi, inſiti & particularis. Nullam hîc cernere eſt neceſſitatem violentiæ:

lentiæ aut coactionis. Sic v. g. Deus vult, & procurat ut ſol luceat, neque ideo vim facit ſoli, hoc volendo & procurando. Eâdem ratione regit voluntatem hominis, quæ æquè non amittit libertatem ſuam, cùm ſubeſt providentiæ Dei, atque aqua non amittit naturam & fluiditatem ſuam, quando cohibetur aggere.

8. *Providentia Dei æterna eſt cauſa efficiens, permittens, vel ordinans.*

9. *Motor eſt primus, vel ſecundus.* Ille eſt ſolus Deus.

10. *Concurſus Dei cum creaturis eſt ſimilaris, vel diſſimilaris.* Ille cernitur in bono: hic in malo. Quò pertinet illud ſimile. Ut ſol per vitrum ſordidatum lucet radio incontaminato: ita Deus cum cauſis ſecundis peccato infectis, & per illas agit, actione ſanctâ.

11. *Actio eſt univerſalis, vel particularis.* Sic & ordo, & bonum, & perfectio.

12. *Contrarietas eſt operis, vel operantis: ſeu aliud eſt contraria procurare, aliud ſibi contrariari.* Deus contrarios motus efficit & elicit, quomodo videmus rotam magnã in horologio automato ciere varios motus: at ipſe ſibi eſt ſemper ſimilis.

# Cap VII.

## De Decreto prædeſtinationis.

1. PRÆdeſtinationis vox ſumitur latè, vel ſtrictè.

2. *Electio eſt vel ad officium,* Johan. 6. v. 70 *vel ad vitam æternam* Matth. 20. v. 16. Et hæc eſt æterna, vel actualis, ſeu temporalis.

3. *Reprobatio eſt vel ab officio, vel à ſalute æternâ: & hæc eſt æterna, vel actualis: item negativa, vel affirmativa.* Illa eſt præteritio ſeu non-electio, hæc eſt damnatio, vel potius prædamnatio.

4. *Vocula* Omnis *ſignificat vel ſingula generum, vel genera ſingulorum.* Vel, ut alii loquuntur, particulæ univerſales ſunt vel in genere, vel in ſpecie univerſales.

5. *Liber vitæ legitur à priori, vel poſteriori.*

6. *Iudicium ſive canon in negotio electionis ad ſalutem eſt fidei, vel charitatis.*

7. *Status hominis eſt proportionatus, vel ſuperexcedens.* Ille ad providentiam, hic ad prædeſtinationem pertinet.

8. *Electio eſt completa, vel incompleta: irrevocabilis, vel revocabilis.*

9. *Objectum prædeſtinationis eſt perſonale, vel reale.* Ibi ſunt Chriſtus, angeli, & homines: hîc bona & mala: bona, inquam, virtutis & conditionis, & mala vitii atque conditionis.

10. *Odium Dei eſt negativum, vel poſitivum.* Illud eſt partim decretum non miſerandi partim diſplicentia rei: hoc decretum puniendi.

11. *Securitas eſt ſpiritualis, vel carnalis.*

12. *Mundus eſt natura, gratia, vel ira:* ſeu, Mundus eſt viventium, credentium, vel pereuntium.

13. *Dominium ſive jus Dei eſt abſolutum, vel paternum.*

14. *Obſignatio prædeſtinationis ad ſalutem eſt interna, vel externa* Illa fit per teſtimonium internum in corde cujuſque credentis: hæc per ſacramenta. *Teſtimonium autem aliud eſt activum*, putà Spiritus ſancti: *aliud paſſivum*, putà Spiritus noſtri, ſeu propriæ conſcientiæ.

15. *Electi ſunt pauci comparatè*, reſpectu reproborum: *ſunt multi abſolutè*, ſi ſpectentur in ſe.

16. *Liber vitæ eſt æternus, vel temporalis, id eſt, ſignificat beneplacitum DEI, vel eccleſiam viſibilem.* Priori ſenſu nemo

poteſt

poteſt deleri ex libro vitæ: poſteriori multi delentur. Cum hâc diſtinctione coincidunt illæ: *Aliquis inſcriptus eſt libro vitæ* κατ' ἀλήθειαν, *vel* κατὰ δόξαν: *item, judicio Dei, vel noſtro.*

17. *Guſtus gratiæ & gloriæ eſt tranſiens, vel permanens.* Ille eſt πρόσκαιρος, *Hebr. 6. verſ. 5.* hic perdurat in vitam uſque æternam.

18. *Aliquis excidit gratiâ vocationis externæ, vel gratiâ officij: nemo autem poteſt excidere gratiâ vocationis internæ, vel unctionis,* de quâ *1. Ioh. 2. v. 20. 27.*

19. *Aliquis ſtat vel in rei veritate, vel opinione ſuâ aut aliorum.* Ille poteſt cadere, ſed non excidere, id eſt, poteſt peccare: hic & cadit, & excidit.

20. *Corona gloriæ eſt inamiſſibilis; corona miniſterij & martyrij, amiſſibilis.*

21. *Electio & reprobatio æterna eſt ſimplex, vel comparata.*

22. *Tentatio eſt ſalutaris, vel noxia.*

23. *Tentatio in negotio ſalutis eſt exiſtentiæ, imperfectionis, vel præſumtionis.* Hæc sũt tria veluti capita & genera in variis tentationum ſpeciebus tenenda. e. g. tentatio electionis, vocationis, fidei, juſtificationis &c: eſt vel de exiſtẽtiâ, an ſimus electi, vocati, fide præditi, &c. vel de imperfectione ſenſus & cognitionis noſtræ; vel de teme-

mera-

merariâ & levi præſumtione.

24. *Examen electionis inſtituendum eſt à poſteriori, non à priori.*

25. *Sigillum libri vitæ eſt externum, vel internum.* Illud eſt à priori, extra nos, in Deo: hoc eſt à poſteriori, in corde noſtro.

26. *Fundamentum electionis dicitur activè, vel paſſivè.* Illud eſt beneplacitum Dei: hoc eſt Chriſtus, qui eſt caput & fundamentum electorum, item omnium mediorum ſolutis.

27. *Cauſa rei eſt primò prima, vel δευτερόπρωτος.* Cauſa ſalutis primò prima eſt εὐδοκία Dei: ſubordinatæ ſunt variæ, putà Chriſtus, vocatio ad Chriſtum, fides in Chriſtum, juſtificatio per fidem propter Chriſtum, odium injuſtitiæ & amor juſtitię, ſtudium bonorum operum, reſipiſcentia poſt lapſus, invocatio in tentationibus, deſiderium adventus Chriſti, patientia crucis, & perſeverantia finalis. Atq; hæc ſunt undecim media ſalutis, è quibus alia habent rationem cauſæ, alia effecti, ſi conferantur inter ſeſe. Sed reſpectu electionis omnia habent rationem effectorum.

28. *In decreto reprobationis duo ſunt actus: unus non miſerendi, alter damnandi.* Ille eſt abſolutus, id eſt, non habet aliam cauſam, quàm voluntatem Dei *Rom.* 9. hic non fit abſq; intuitu peccati.

*29. A-*

29. *Actus primus & ſecundus in decreto electionis dicuntur ambiguè.* Et *primò* quidem denotatur actus diſcretionis & ordinationis. *Actus diſcretionis* eſt ipſa electio ſtrictè ſumta, quâ Deus diſcrevit ſervandos à non-ſervandis. *Actus ordinationis* eſt, quo homines electi ſunt ordinati ad finem & ad media, hoc eſt, ad gloriam & gratiam. *Deinde* actus primus interdum ſignificat dilectionem DEO antecedentem, ſecundus conſequentem. Illius cauſa extra Deum non datur; hujus, datur. *Tertiò*, actus primus ſignificat electionem ad gloriam; ſecundus, electionem ad gratiam. Uterque eſt gratuitus. Interim præparatio gloriæ pendet à præparatione gratiæ: quia Deus decrevit nobis dare vitam æternam propter Chriſtum, non ſine cauſis ſubordinatis, ut ſunt fides & ſanctitas.

30. *Electio æterna eſt tum Chriſti, tum unicorum Chriſti, id eſt, ſanctorum angelorum & hominum.* Electio Chriſti eſt tum perſonæ, tum naturæ humanæ. Illa eſt electa ad œconomiam ſalutis, ſeu ad officium mediatoris: hæc ad gratiam & gloriam unionis & communionis cum naturâ divinâ.

31. *Methodus docendi eſt ſynthetica, vel analytica.* Illa deſcendit à cauſis ad effecta, hęc è contrario aſcendit ab effectis ad cauſas.

ſas. Utraque in hoc loco pro exigentiâ circumſtantiarum eſt obſervanda, exemplo apoſtoli qui in epiſtolâ ad Romanos, poſtquam de juſtificatione hominis peccatoris pluribus diſputaſſet, tandem in ipſam prædeſtinationem κτ̀ τὴν ἀνάβασιν attollit. vice versâ commendaturus Epheſiis dona Dei mirifica, juſtificationem, ſanctificationem, & glorificationem, è primâ ſalutis noſtræ causâ, electione gratuitâ, primordium diſputandi capit, & ab hâc κτ̀ τὴν κατάβασιν ſe ad effecta demittit.

32. *Voluntatis DEI nulla cauſa ſuperior reddi poteſt extra Deum: at in Deo judicium mentis eſt cauſa volitionis.* e. g. Deus elegit Petrum, non verò Judam, quia ſic voluit. Voluit autem ita, quia melius hoc judicavit. *Pſal.* 104. *v.* 24. Nimirum in εὐδοκίᾳ Dei occulta conſilii Dei ratio includitur. Itaq; voluntas Dei non eſt ἄλογος.

33. *Effecta reprobationis alia ſunt per ſe, alia per accidens.* Ibi ſunt deſertio, induratio, &c. hîc durities, cœcitas: &c. Nimirum ut ſole occidente oriuntur tenebræ, ſic Deo negante ſuam gratiam quid niſi cœcitas & caligo in homine exiſtit?

CAP.

# Cap. VIII.

## *De Creatione.*

1. CReatio eſt prima, vel nova. Illa deſcribitur *Gen.* 1. hæc eſt *Spiritualis*, quâ Deus in nobis creat cor novum *Eſai.* 29. *v.* 23. *vel corporalis*, quâ Deus creabit novum cœlum & novam terram. *Apocal.* 21.

2. *Creatio eſt activa, vel paſſiva.* Illa eſt Dei *Geneſ.* 1. *v.* 1. hæc creaturæ *Geneſ.* 2. *v.* . *Vtraque eſt prima, vel ſecunda.* Illa eſt ſpecierum, *Gen.* 2. *v.* 5 hæc individuorum, *Ioh.* 5. *v.* 17.

3. *Creatio eſt immediata, vel mediata.*

4. *Nihil ſive non-ens, eſt negativum, vel privativum.* Prius illud intelligitur, quando Deus dicitur cœlum & terram feciſſe ex nihilo.

5. *Imperfectio alia eſt naturalis, alia moralis.* Illa eſt naturæ ex creatione: hæc eſt vitii moralis, vel artificialis. Illa etiam dicitur negativa, hæc privativa.

6. *Perfectio eſt competens & debita, vel non-competens & indebita.*

7. *Materia eſt præexiſtens, ſeu præjacens, vel coexiſtens, ſeu conſtituens.*

8. *Deus omnibus creaturis impreſſit aliquod ſui veſtigium, ſoli autem homini imaginem conſpicuam.* Dico imaginem conſpi-

ſpicuam: quia licet angeli etiam ſint conditi ad imaginem Dei, tamen illa eſt inconſpicua. Cæterùm veſtigium deitatis, quod impreſſum eſt creaturis, eſt triplex: videl. quidditatis, qualitatis, & trinitatis. Nam omnis creatura refert aliquo modo eſſentiam, bonitatem, & Trinitatem Dei.

9. *Creaturæ ſunt vel viſibiles tantùm, vel inviſibiles tantùm, vel ex viſibili & inviſibili naturâ miſtæ.*

10. *Lux eſt increata, vel creata: & hæc ſpiritualis, vel corporalis: & rurſus hæc eſt ſubſtantialis, vel accidentalis.*

11. *Cœlum eſt ſupremum, medianum, vel infimum.*

12. *Creatio prima eſt productiva, vel diſpoſitiva.*

13. *Quies eſt argumentum, vel fatigationis, vel perfectionis & delectationis.* Prior cadit in hominem: poſterior tribuitur Deo *Gen.2.v.2.*

14. *Deus eſt Pater noſter jure creationis, vel redemtionis.* Sub jure creationis continetur jus conſervationis. Pertinet quoque huc iſta diſtinctio: *Deus eſt Pater per generationem, creationem, & regenerationem ſeu recreationem.* Illo modo Deus eſt Pater Filii ab æterno in æternum: iſto eſt Pater totius hujus univerſitatis & omnium creatura-

turarum: hoc, omnium electorum.

15. *Arbor vitæ eſt ſacramentalis, vel myſtica.* Illa fuit in paradiſo terreſtri, hæc eſt in cœleſti. *(firmationis.*

16. *Status creaturæ eſt creationis, vel con-*

17. *Principium creationis eſt partim temporis, partim cauſæ.*

18. Τὸ Νῦν, *id eſt, Nunc, ſive Inſtans, eſt immobile, ſeu ſtans; vel mobile, ſeu fluens; & hoc eſt extraordinarium, vel ordinarium.*

19. *Productio in* πρωτοκτισίᾳ *ſeu* παγγενεσίᾳ *cernitur triplex: videl.* κτίσις, ποίησις, καὶ πλάσις.

20. *Prima creatio conſideratur partialiter, vel totaliter, ſeu particulariter, vel univerſaliter.* Illa facta eſt in inſtanti, hæc ſpatio ſex dierum.

21. *Verbum DEI in Scripturis occurrit quadruplex: videl. generationis æternæ, & internæ, creationis, benedictionis & maledictionis, denique prædicationis.*

22. *Aliquid eſt ex nihilo vel immediatè, vel mediatè: ſeu proximè, vel remotè.*

23. *Particula* Ex *notat cauſam, vel terminum à quo.*

24. *Bonitas creaturæ eſt abſoluta, vel relata: eſſentialis, vel accidẽtalis, ſeu gradualis.*

25. *Chaos eſt ethnicum ſeu poëticum, vel Moſaicum.*

26. *Quies eſt privativa, vel poſitiva.*

CAP.

# Cap. IX.

## *De Providentiâ* DEI.

1. *PRovidentia* DEI *eſt generalis, vel ſpecialis; ordinaria, vel extraordinaria: immediata, vel mediata: efficiens, vel deſerens: βελτίωσις, vel ἐλάττωσις: boni vel mali.*

2. *Auxilium Dei eſt generale, vel ſpeciale.*

3. *Miracula ſunt vera, vel falſa: & illa ſunt vel naturæ, vel artis, vel divinæ majeſtatis: hæc ſunt illuſoria, vel ficta & ementita.*

4. *Miracula divina ſunt poſitiva; vel privativa: immediata, vel mediata: corporalia, vel ſpiritualia.*

5. *Deſertio, quâ Deus deſerit creaturam rationalem, eſt punitionis, caſtigationis, vel probationis: totalis, vel partialis.*

6. *Induratio eſt divina, diabolica, vel humana.* Illa eſt judicialis, utpote juſta pœna: iſta & hæc eſt moralis, utpote peccatum. De excæcatione, ſeductione, deſertione, traditione in reprobum ſenſum, &c. idem eſt judicium.

7. *Viſitatio divina eſt paterna, vel judicialis.* Illa eſt, quando Deus nos viſitat beneficiis; hæc, quando judiciis.

8. *Pœna divina eſt manifeſta, vel occulta.*

9. *Permiſſio divina eſt rerum bonarum, vel malarum.*

10. *Gubernatio divina eſt efficiens, vel permittens:* Illa dicitur πρόνοια κατ' εὐδοκίαν, hæc πρόνοια κατὰ συγχώρησιν.

*Deus eſt in creaturâ vel οὐσιωδῶς tantùm, vel etiam ἐνεργητικῶς, vel denique ὑποστατικῶς,* ut in Chriſti carne.

12. *Annihilatio eſt vel verè, vel quaſi.* Illa eſt opus ſolius Dei: hæc etiam tribuitur creaturæ.

13. *Permiſſio eſt voluntaria, vel coacta: conjuncta cum directione, ſeu operoſa, vel ſejuncta à directione, ſeu otioſa.* Permiſſio divina, quâ permittit peccatum, ſemper eſt conjuncta cum libentiâ ſeu volentiâ & efficientiâ, hoc eſt, ſemper eſt voluntaria & directiva. Confer cum duabus ſeqq. diſtinct.

14. *Voluntas eſt effectionis, approbationis, permiſſionis, vel directionis.*

15. *Efficientia eſt influentiæ, permiſſionis, vel directionis.*

16. *Præſidentia eſt moralis, vel iudicialis.* Poſteriori modo Deus præſidet malis creaturarum voluntatibus.

17. *Gubernatio peccati eſt circa initium ipſius,* putà impeditio vel permiſſio, admi-

niſtra-

niſtratio argumentorum & occaſionum, & concurſus cum actu: *vel circa progreſſum*, ut eſt directio & determinatio: *vel circa conſummationem*, ut eſt punitio, vel remiſſio.

18. *Pœna peccati eſt temporalis, vel æterna: ſpiritualis, vel corporalis: angelorum vel hominum: electorum, vel reproborum: deniq; τιμωρία, λύτρον, δοκιμασία, παιδεία, vel μαρτύριον.*

19. *Privatio gratiæ eſt gratiæ habitualis, vel aſſiſtentis.*

20. *Pœna peccati eſt vel pœna tantùm, vel pœna & peccatum ſimul.*

21. *Malum eſt morale, vel medicinale.* Illud eſt peccatum; hoc, caſtigatio Dei paterna.

22. *Deus eſt ſervator vel communiter,* omnium, *vel ſingulariter*, fidelium.

23. *Tentatio eſt perditionis, vel probationis. Et illa eſt deſertionis, vel punitionis.*

24. *Deus inducit in tentationem negativè, vel poſitivè.* Negativè: deſerendo hominem. Poſitivè: permittendo ipſum libidini Satanæ, objiciendo varias occaſiones, &c.

25. *Deus præcipit malum non moraliter, ſed judicialiter*: ut quando præcepit Semejo, ut malediceret Davidi. Et hoc quoque ſenſu Deus dicitur immittere efficaciam erroris.

26. *Deus creaturas conſtituit & deſtituit non per motum, ſed per nutum.*

## Cap. X.

### De Angelis.

1. *NOmina angelorum ſunt communia, vel propria. Illa ſunt vel natura, ut* Spiritus, *vel officij, ut angelus: hac ſunt bonorum, vel malorum angelorum.* Et utraq; ſunt vel naturæ, ut Spiritus puri & impuri, vel officii & ſtudii, ſeu actionis, ut vigiles, Satan. *Deinde nomina angelorum ſunt ἔγγραφα, ſeu divina, vel ἄγραφα, ſeu humana.*

2. *Cognitio angelorum eſt matutina, meridiana, vel veſpertina.* Illa eſt, quâ cognoſcunt res creatas in λόγῳ, id eſt, in Chriſto: iſta, quâ cognoſcunt divinam eſſentiam: hæc, quâ cognoſcunt res in propriâ ſpecie.

3. *Angeli boni conſiderantur quantum ad eſſentiam & œconomiam.* Priori modo ſunt à corporibus liberi: Poſteriori modo poſſunt aſſumere corpora pro ratione officij, quòd Deus ipſis injungit.

4. *Diabolus eſt Spiritus malus, ratione qualitatis & defectionis: eſt Spiritus bonus, ratione ſubſtantia & creationis.* Vel, ut Gregorius *lib. 2. moral. cap.* 10. Job. ait: Satan eſt Spiritus Domini per licentiam juſtæ pote-

poteſtatis : malus verò per deſiderium injuſtæ voluntatis 1. *Sam.*16.*v.*16. ubi diabolus dicitur Spiritus Dei malus.

5. *Angelus eſt increatus, vel creatus.* Ille eſt Jeſus Chriſtus : hic eſt bonus, vel malus.

6. *Hierarchia eſt angelica, ſive Seraphica, vel humana, eaq; quadruplex.* Vide infrà c. 15. diſt. 28.

7. *Unio alia eſt per ſe & naturalis, ſive ſubſtantialis*, quomodo anima & corpus uniuntur in homine; *alia per accidens, ſeu accidentalis*, quomodo angelus unitur corpori in quo apparet.

8. *Numerus angelorum eſt infinitus κατ' ἡμᾶς, non verò in ſe.*

9. *Angelorum ſcientia eſt naturalis, experimentalis, vel revelata.*

10. Καρδιογνωσία *eſt immediata & infallibilis, vel mediata & conjecturalis.* Illa propriè, hæc impropriè dicta.

11. *Objectum intellectus bonorum angelorum eſt directum, vel indirectum.* Illud eſt ſolus Deus: hoc, res extra Deum.

12. *Apparitio bonorum angelorum fit per ὀπτασίαν, vel ὅραμα.* Illa fit vigilantibus, hęc dormientibus vel in ecſtaſin raptis.

13. *Draco eſt naturalis, vel infernalis, ſeu antiquus.* Ita & ſerpens.

14. *Angeli tum boni tum mali ex officiis &*

*objectis eleganter diſtinguuntur:* putà quòd præſint & proſint vel obſint politiæ, ecleſiæ, familiæ, conjugio, &c. quòd virtutes vel vitia inſpirent. Hinc illa elegantiſſima apud Germanos vocabula: Kirchenengel/ Regentenengel/ Haußengel/ Kirchenteuffel/Eheteuffel/Geitzteuffel/rc.

15. *Prædictio futurorum eſt immediata & infallibilis, vel mediata, & hæc infallibilis & ἐπιστημονική, vel fallibilis & στοχαστική.*

16. *Angeli habent terminos eſſentiæ, non quantitatis.*

17. *Angeli ſunt in loco, non per circumſcriptionem, ſed per definitionem.*

18. *Sermo angelorum eſt partim internus, ſeu νοερὸς, partim externus, ſeu ἐξαγγελτικός: uterq; ſpiritualis.*

19. *Dona angelorum ex creatione alia ſunt inſeparabilia, alia ſeparabilia.* Idem eſt judicium de ipſorum excellentiâ.

20. *Angeli boni ſerviunt Deo, tanquam ſervi domino: electis hominibus, tanquam legati Dei, & ipſorum conſervi, fratres, & amici.*

21. *Angeli boni operantur per φύσιν, vel συγκατάβασιν.*

22. *Cultus angelorum bonorum eſt moderatus, vel immoderatus.*

23. *Satan habet infinitum nocendi affectum, ſed non effectum.*

## Cap. XI.

### De Statu integritatis.

1. *STatus hominis eſt innocentiæ ſeu integritatis, peccati ſeu miſeriæ, gratiæ, vel gloriæ.*

2. *Homo eſt animalis, vel ſpiritualis* 1. Corinth. 2. v. 14. 15.

3. *Imago Dei eſt vel ſubſtantialis, in Chriſto, vel accidentalis, in primo homine, eaq́ue natura, vel gratia.* Illa fuit inſeparabilis, hæc ſeparabilis. *Deinde imago Dei eſt inconſpicua, in Chriſto & angelis: vel conſpicua, in homine.*

4. *Adam erat immortalis vi fœderis creationis, non verò vi principii alicujus ſupernaturalis.*

5. *Corpus animale eſt mortale, vel immortale.* Corpus Adami in ſtatu innocentiæ poſteriori modo erat animale. Nam ipſius temperamentum erat æquale ad pondus; cujuſmodi temperamentum auro ineſſe experimur.

6. *Gratia Dei gratum faciens eſt vel gratis dans, vel gratis data.* Illa eſt æterna, putà benevolus Dei affectus: hæc eſt temporaria, eaque vel ante lapſum, ut erat juſtitia originalis; vel poſt lapſum, ut eſt juſtitia Chriſti per fidem nobis imputata.

7. *Iuſtitia, ſapientia & ſanctitas primi hominis erat originalis, vel actualis.*

8. *Adam acceperat gratiam primam, ſed non ſecundam.* Illa eſt, quâ poſſimus, ſi velimus, non peccare: hæc, quâ non ſolùm poſſimus, ſed etiam velimus non peccare. Illa convenit ſtatui creationis: hæc ſtatui confirmationis.

9. *Iuſtitia originalis erat naturalis non ratione principij, ſive cauſa, ſed ratione ſubjecti, ſeu lege creationis.*

10. *Adam conſideratur vel ut perſona ſingularis vel ut radix univerſi generis humani.*

11. *Imago Dei in homine protoplaſto conſiſtebat principaliter in animâ, minùs principaliter in corpore: totaliter & adæquatè, in toto homine, partialiter in animá & corpore: in eſſentiâ & proprietatibus eſſentialibus inſeparabiliter, vel in eminentiâ & dotibus accidentalibus ſeparabiliter,*

12. *Imago DEI in homine conſideratur quantum ad eſſentiam, reliquias, inſtaurationem, vel eminentiam.* Inſtauratio eſt inchoata, vel conſummata. Eminentia eſt vel ratione ſtatus integritatis, & glorię: vel ratione gradus in viro & fœminâ.

13. *Labor manuum eſt ſuavis, vel moleſtus.*

14. *Senium eſt vegetum, vel debile.*

15. *Gratia Dei gratum faciens eſt æterna,*

*vel temporaria. Illa eſt gratis dans, ut benevolus Dei affectus: hæc eſt gratis data, eaque vel ante lapſum, ut juſtitia originalis; vel poſt lapſum, ut juſtitia Chriſti nobis imputata.*

16. *Gratia Dei ſufficiens eſt talis vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid.* Illa ratione actus & eventus, hæc ratione potentiæ.

17. *Gratia Dei eſt indebita, quantum ad cauſam impellentem primam: etſi poſſit eſſe debita vi fœderis.* Ibi enim Deus ex gratiâ ſe conſtituit debitorem.

18. *In primo homine jam creato erat potentia contradictionis, adeoq; potentia peccandi, non proxima, ſed remota.*

19. *Primus homo acceperat ſatis facultatis, etſi non ſat voluntatis.* Poterat enim ſtare, ſi vellet: ſed non habebat velle ut poſſet; quia hoc reſervabatur loco præmii.

20. *Mutabilitas eſt defectus naturalis, vel culpabilis.* Priori modo protoplaſti fuerunt conditi mutabiles.

21. *Homo fit vel ex luto, ut Adam: vel ex homine, eoque vel mare tantùm, ut Eva; vel mare & fœminâ, ut nos; vel ex fœminâ tantùm, ut Chriſtus: vel denique ex pulvere ſui corporis, ut in reſurrectione carnis.*

22. *Imago Dei & veſtigium Dei differunt ut majus & minus.*

# CAP. XII.

## De Peccato, ubi & de ſcandalo.

1. PEccatum eſt *naturæ* (.nempe particularis.) *artis, vel moris*: & hoc eſt conſiderationis theologicæ.

2. *In peccato eſt materiale, & formale*. Et hoc eſt vel principium formale, ut ἀνομία, vel effectum formale, ut reatus.

3. *Miſeria eſt culpa, vel pœna*. Illa etiam dicitur vitii, hæc conditionis. Eâdem ratione dividitur *malum*.

4. *Pœna peccati eſt ſenſus, vel damni*. Illa eſt afflictio animæ, vel corporis: hæc eſt nuda privatio boni abſque inflictione mali. *Deinde pœna peccati conſideratur ut ineſt impiis, electis, vel Chriſto*.

5. *Reatus eſt culpa, vel pœna*.

6. *Afflictio eſt divina, vel humana: ordinaria, vel extraordinaria: publica, vel privata: animi, corporis, vel bonorum fortunæ: denique punitionis, caſtigationis, vel probationis*.

7. *Peccatum conſideratur vel quâ peccatum eſt, vel quâ habet rationem boni, idque dupliciter: primò, quatenus eſt qualitas vel actus; deinde, quatenus à Deo dirigitur*.

8. *Pœna peccati conſideratur ratione juſtitiæ Dei, & meriti ſeu culpæ in homine* Priori mo-

ri modo habet rationem boni; poſteriori, mali.

9. *Totus homo generatur à parentibus: at non totum hominis.* Priori modo nos fuimus in lumbis Adami & Evæ.

10. *Propagatio peccati originalis fit per modum generationis & imputationis.*

11. *Anima hominis conſideratur ratione eſſentiæ, vel informationis*: ſeu, conſideratur quatenus eſt Spiritus, vel quatenus eſt forma.

12. *Peccatum eſt omiſſionis, vel commiſſionis: per ſe, vel per accidens: mortale, vel veniale: primum, vel ortum, & hoc originale, vel actuale: perſonale, vel univerſale: internum, vel externum: voluntarium, vel involuntarium: ſpirituale, vel carnale: infirmitatis, vel malitiæ: ad mortem, vel non: clamans, vel non: capitale, vel non: manifeſtum, vel occultum: commune, vel proprium: grave, vel leve: regnans, vel non-regnans: conſcientiam vaſtans, vel non: mortuum, vel vivens: remiſſibile, vel irremiſſibile: actuale, vel habituale: affectatum, vel non: ignorantiæ, vel ſcientiæ: inhærens, vel imputatum.*

13. *Scandalum eſt internum, cùm quis ſeipſum ſcandalizat* Matth. 5. v. 29. 30. *vel externum, & hoc eſt magnum, vel parvum: per ſe, vel per accidens: publicum, vel privatum: univerſale, vel particulare: doctrinæ, vel*

*vita, ſeu, theoreticum vel practicum: directum vel indirectum, ſeu de induſtriâ datum vel non: ſimplex, vel mixtum, & illud datum ſeu activum, vel acceptũ ſeu paſſivum.* Scandalum datum dicitur puſillorum & infirmorum: acceptum, Phariſæorum.

14. *Culpa eſt in foro divino, vel humano: & hac eſt lata, levis, vel leviſſima.*

15. *In primo hominis peccato oportet diſtinguere, quid ille primò ſpectaverit, & quid primò fecerit.*

16. *In peccato originis eſt malum imputatum, videl. apoſtaſia, & malum inhærens, puta corruptio.*

17. *Status peccati eſt univerſalis, vel particularis.* Priori modo omnes homines ſunt in ſtatu peccati; poſteriori, ſoli reprobi.

18. *Actio Dei circa peccatum eſt negativa, vel poſitiva.* Illa eſt negatio gratiæ: hæc permiſſio, oblatio occaſionum, ordinatio vitioſi actus, ejuſque determinatio vel exterminatio, denique remiſſio vel punitio.

19. *Peccatum eſt aliquid privativum, ratione defectus: aliquid poſitivum, ratione actus, vel habitus mali.* Seu, peccatum ratione formalis ſui eſt mera privatio, quippe ἀνομία καὶ ἀταξία: ſecus, ſi ſpectetur ipſius materiale, quod eſt qualitas vel motus, iſque activus, vel paſſivus.

20. *Impu-*

*20. Imputatio primi peccati hominis nititur partim naturali cognatione, partim ſtipulatione fœderis creationis.*

21. *Peccatũ tollitur vel ne ſit, vel ne obſit.*

## CAP. XIII.

### *De Libero arbitrio.*

1. LIbertas eſt perfecta, vel imperfecta. Illa eſt, quâ quis eſt liber ab omni coactione, ſeruitute, & miſeriâ: hæc eſt quâ quis eſt liber quidem à coactione, ſed non à ſervitute & miſeriâ.

2. *Libertas eſt cõtradictionis, vel cõtrarietatis.* Illa ẽt dicit̃ exercitii, hęc ſpecificationis.

3. *Voluntas eſt vel electiva, vel inconſulta,* quæ dicitur voluntas per causã. Ibi præcedit deliberatio: hîc eſt impetus incõſultus.

4. *Voluntas conſideratur ſecundùm ſpeciẽ, ſeu naturam, vel ſecundùm operationem.* Illa ſemper manet eadem, hæc variat.

5. *Libertas eſt vel in ſubjecto, vel ad objectũ.* Illa eſt in Deo, angelo & homine: hæc eſt ratione unius objecti, vel plurium: item ratione objecti moralis, & ſpiritualis.

6. *Libertas eſt vel juris, vel à ſervitute, vel à coactione, vel à neceſſitate.* Primam habet ſolus Deus: ſecundam habent beati Spiritus: tertiam & quartam habet voluntas quælibet. Nam voluntas & ſponte facit quod facit, & ex intrinſecâ ſuâ potentiâ

determinat ſe ipſam liberè, ad eliciendum ſuum actum.

7. *Gradus regenerationis eſt remiſſus, vel excellentiſſimus.* Ille eſt hujus vitæ, hic futuræ. Ibi homini regenito contraria inſunt, videl. caro & ſpiritus: hîc nihil contrarii poteſt homini ineſſe, & proinde liberum arbitrium eſt ad bonum tantùm.

8. *Liberum arbitrium eſt vel ad bonum tantùm*, ut in Deo per naturam, in beatis angelis & hominibus per gratiam: *vel ad malum tantùm*, ut in damnatis angelis & hominibus: *vel ad bonum & malum ſimul*, ut in hominibus in hâc vitâ. *Eſt itaque alia libertas determinata ad unum, alia indeterminata ſeu indifferens ad oppoſita.*

9. *Libertas eſt naturæ, gratiæ, vel gloriæ.*

10. *Libertas eſt vel mentis, vel voluntatis.* Illa eſt reſpectu rerum, quæ cadunt ſub deliberationem: hæc reſpectu rerum, quæ cadunt ſub electionem.

11. *Ratio hominis eſt theoretica, vel practica.*

12. *Aliquid eſt poſſibile homini vel in ſe ex puris naturalibus creato, vel per gratiam Spiritus ſancti.* Eſt itaque duplex ſynergia ſeu concurſus hominis cum actione Dei: videl. ſynergia naturæ & gratiæ, de quâ poſteriori apoſtolus 1. *Cor.* 3. *v.* 9.

13. *Libe-*

13. *Liberum arbitrium conſideratur quantum ad eſſentiam, vel eminentiam: ſeu ratione eſſentialis proprietatis, vel virium: ſive, quantum ad naturam & gradum.*

14. *Actus converſionis eſt primus, vel ſecundus.* Ibi voluntas hominis habet ſe purè paſſivè: hîc activè, quatenus videl. acta à Spiritu ſancto agit & ipſa.

15. *Quod eſt liberum per naturam, poteſt eſſe ſervum propter miſeriam cui ſubjacet.*

16. *Liberum hominis arbitrium non eſt potentia ſimpliciter activa, ſed mixta, hoc eſt, partim activa, partim paſſiva.*

17. *Neceſſitas eſt interna, vel externa.* Illa naturalis, hæc adventitia. Poſterior pugnat cum libertate, quatenus eſt coactiva: prior, quatenus excludit actum voluntatis.

18. *Determinatio voluntatis eſt interna, vel externa. Illa fit à ratione practicâ, hæc à Deo vel creaturâ intelligente. Deinde determinatio voluntatis eſt phyſica, vel moralis.*

19. *Natura liberi arbitrij eſt in eo, quòd voluntas eſt libera partim à neceſſitate internâ, partim à coactione.*

20. *Gradus liberi arbitrij eſt ſupremus*, in Deo; *medius*, in angelis bonis & malis, quorum illi ad bonum tantùm, hi ad malum tantùm feruntur: *vel infimus*, in homine, ſecundùm quatuor ſtatus.

# Cap. XIV.

## De Conjugio.

1. *Conjugium eſt carnale, vel ſpirituale.* Epheſ. 5.

2. *Prohibitio graduum conſanguinitatis & affinitatis eſt divina, civilis, vel canonica.*

3. *Diſpenſatio in gradibus conſanguinitatis & affinitatis eſt legitima, vel illegitima.*

4. *Aliquis eſt Pater & Filius vel naturaliter,* ſeu generatione: *vel legaliter,* quo ſenſu aliquis dicitur pater ætate, curâ, affectu, adoptione, &c. & filius, ætate, adoptione, affectu, inſtitutione, ſucceſſione, &c.

5. *Caſtitas eſt virginalis, conjugalis, vel vidualis.*

6. *Repudium & divortium eſt neceſſarium, vel temerarium: juris divini, vel humani: tolerationis, vel approbationis.*

7. *Polygamia, adeoq; & bigamia, eſt ſucceſſiva, vel ſimultanea: tolerationis, vel approbationis.*

8. *Nuptiæ ſunt primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ, &c.*

9. *Linea in arbore conſanguinitatis & affinitatis eſt recta, vel tranſverſa.* Illa eſt aſcendens, vel deſcendens: hæc collateralis.

10. Adul-

10. *Adulterium eſt ſimplex, vel compoſitum, ſive duplex.* Illud eſt ex parte viri, vel fœminæ tantùm: hoc eſt ex parte utriuſque.

11. *Sponſalia ſunt de præſenti, vel futuro: clandeſtina, vel publica.*

12. *Conjugium eſt ratum vel conſummatum.*

13. *Conſenſus contrahentium conjugium eſt liber, vel extortus: evidens & clarus, vel æquivocus: plenus, vel non: abſolutus, vel conditionalis.*

14. *In contrahendis ſponſalibus contingit error perſonæ, fortunæ, conditionis, vel qualitatis.*

15. *Cognatio eſt vera, vel ficta:* & hæc dicitur naſci ex baptiſmo inter ſuſceptorem, quem vocant, & ſuſceptum.

16. *Conditiones in contrahendis nuptiis ſunt poſſibiles & honeſtæ: vel impoſſibiles & inhoneſtæ.*

17. *Conſenſus parentum circa nuptias liberorum eſt antecedens vel ſubſequens.*

18. *Honeſtas eſt moralis, vel civilis.* (*tima.*

19. *Deſertio conjugis eſt malitioſa, vel legi-*

20. *In conjugio ſunt duo: ordinatio Dei, & inordinatio carnis.* Illa eſt affectus mutui, hæc defectus vitioſi.

21. *Conſenſus parentum eſt de neceſſitate conjugii non ſimpliciter, ſed ſecundùm quid.*

22. *Impe-*

22. *Impedimenta conjugij ſunt legitima, vel illegitima: & hæc vel humanitùs inventa, vel ſuperſtitioſa.*

23. *Ratio ſupputandi gradus cognationis & affinitatis eſt civilis, vel canonica.*

24. *Conjugium non eſt contractus ſimpliciter civilis, ſed mixtus.* Itaque cauſæ matrimoniales partim ab eccleſiaſticis, partim à politicis judicibus decidi debent.

25. *Panis quotidianus eſt partim ſatietatis, partim ſanitatis, partim trãquillitatis.* Quatenus videl. dona Dei temporalia poſſidemus, & illis utimur fruimur ad ſatietatem, cum ſanitate, & in pace.

26. *Impuritas eſt vera, vel apparens, eſſentialis, vel accidentalis: naturalis, vel pœnalis.* Impuritas, quæ tribuitur conjugio, aut eſt apparens, aut accidentalis, aut pœnalis. De moleſtiâ vitæ conjugalis idem eſt judicium.

27. *Conjugium eſt perfectum, ſeu æquiparantiæ: vel imperfectum, ſeu diſquiparantiæ.* e. g. fidelis cum infideli, jucundi cum moroſo, &c.

28. *Conjugium ſpectatur in ideâ, vel ſubjecto.*

29. *Liberi aut ſunt adhuc ſub poteſtate patriâ, aut ſunt exemti.*

30. *Cauſa polygamiæ eſt extraordinaria, non verò ordinaria: & illa vel V. vel N. T.*

31. In

31 *In conjugio ſpectantur τὰ οὐσιώδη καὶ ἐπουσιώδη.* Illa ſunt neceſſaria, hæc honoraria.

32. *Conjugium eſt pacatum, vel turbatum.*

## Cap. XV.

### *De Magiſtratu.*

1. M*Agiſtratus eſt legitimus, vel illegitimus.* Ille eſt tum Deus, Jehova Zebaoth, *Pſal.* 24. tum eſt homo *Rom.* 13. hic eſt tum diabolus, Deus hujus ſeculi, tum tyrannus.

2. *Magiſtratus eſt eccleſiaſticus, vel politicus ſeu civilis: & uterque ſuperior vel inferior.*

3. *Magiſtratus conſideratur abſtractè & in ideâ, vel concretè & in ſubjecto.* Ibi attenditur ordo divinitùs ſancitus, hîc perſona.

4. *Magiſtratus eſt monarchicus, ariſtocraticus, vel democraticus.*

5. *Ius regium eſt verum, vel uſurpatum: moderatum, durum, vel tyrannicum.*

6. *Vindicta eſt publica, vel privata.* Illa eſt legitima, eaque tum Deï, tum magiſtratus: hæc, illegitima. Sub publicâ continetur illa, quæ dicitur quaſi publica.

7. *Tyrannus eſt vel exercitio vel abſque titulo.*

8. Sor-

8. *Sortes ſunt licita, vel illicita.* Illæ ſunt ordinariæ, ſeu politicæ, eæque tum conſultoriæ, tum diſtributivæ; vel extraordinariæ, ſeu divinæ: hæ ſunt diuinatoriæ, ſeu manticæ.

9. *Homicidium eſt procuratum, vel perpetratum: immediatum, vel mediatum: juſtum, vel injuſtum: voluntarium, vel involuntarium ſeu caſuale: ſimplex, vel compoſitum:* pœ*nale, vel non: manifeſtarium, vel occultum.*

10. *Bellum eſt juſtum, vel injuſtum: defenſivum, vel offenſivum, ſeu vindicativum, ſive aggreſſivum.*

11. *Defenſio ſui ipſius eſt judicialis, vel extrajudicialis; & hæc vel in bello, vel in caſu improviſo, eaque conjuncta cum moderamine inculpata tutela, vel non.*

12. *Diſpenſatio, ſive relaxatio legis, eſt legitima, vel illegitima.*

13. *Iura majeſtatis & regalia ſunt legitima, vel illegitima: ſeu, ſunt vera, vel uſurpata.*

14. *Talio eſt Pythagorica, vel Moſaica.* Hæc eſt licita, illa non item.

15. *Pœna irrogatur juxta* ἀκριβοδίκαιον, *vel* ἐπιείκειαν.

16. *Aſyla ſunt Levitica, vel politica.*

17. *Ius eſt natura, gentium, divinum, civile, canonicum, vel municipale.*

19. *Iudicium eſt legitimum, vel illegitimum:*

mum:

*mum: publicum, vel privatum: civile, vel eccleſiaſticum.*

19. *Iudex eſt ordinarius, vel extraordinarius: competens, vel incompetens: ſupremus & inappellabilis, vel ſubordinatus & appellabilis: eccleſiaſticus, vel ſecularis.*

20. *Cauſa eſt civilis, vel criminalis: fori civilis, vel eccleſiaſtici, vel utriuſque.*

21. *Tortura eſt moderata, vel immoderata: tempeſtiva, vel intempeſtiva.*

22. *Subjectio eſt mutua, vel non-mutua.* Sic & imperium, ſeu juriſdictio.

23. *Autonomia eſt moderata, vel immoderata.*

24. *Coactio eſt tyrannica, vel perſvaſoria.*

25. *Status reip. eſt quantitatis, vel qualitatis: pacatus, vel turbatus: perfectus, vel imperfectus, & uterque ratione eſſentiæ, vel eminentiæ.*

26. *Virtus magiſtratus eſt vel viri, vel officij.*

27. *Princeps eſt ſolutus legibus purè civilibus: ſed non item lege naturæ, divinâ, & civili fundamentali.*

28. *Hierarchia inter homines eſt quadruplex: œconomica, politica, ſcholaſtica, & eccleſiaſtica.* Aliâs dicuntur ſtatus & ordines vitæ humanæ, in quibus trierarchia & *ἀταξία* accuratè debent diſtingui.

29. *Officium magiſtratus eſt architectonicum,*

*cum, ſeu ἡγεμονικὸν, vel miniſteriale.*

30. *Qualitates perſonarum ſunt interna, vel externa.* Illæ ſunt neceſſariò ſpectandæ in electione, vocatione, & depoſitione, itemque in judicio: hæ non item. Hinc proſopolepſia alia eſt licita, ſeu bona, alia illicita, ſeu mala.

31. *Principes in Scripturâ figurantur per beſtias non ratione ſtatus, ſed ratione ſui vitij, & afflictionis eccleſia.*

## Cap. XVI.

### De Lege & Evangelio.

1. LEX *eſt archetypa, vel ectypa.* Illa eſt ipſa Dei ſanctitas: hæc illius eſt imago, & eſt perpetua, vel certi temporis, ſeu eſt juris immutabilis, vel mutabilis.

2. *Lex eſt generalis, vel ſpecialis.*

3. *Lex eſt operum, vel fidei.* Rom. 3.27.

4. *Lex eſt ſcripta ſeu poſitiva, vel non-ſcripta.* Hæc diſtributio aliter accipitur à theologis & philoſophis, aliter à Judæis.

5. *Lex eſt divina, vel humana.* Lex divina eſt pura, eaque moralis, judicialis, vel ceremonialis: aut mixta ſeu compoſita.

6. *Mandata, promiſſiones & comminationes ſunt legalia, vel evangelica.*

7. *Objectum evangelij eſt indefinitum,* ut

omnes vocati: *vel definitum*, ut ſoli credentes. *Deinde promiſſiones evangelij ſunt univerſales ratione temporum, locorum, omnis generis hominum, & denique omnium electorum.*

8. *Præcepta decalogi ſunt affirmativa, vel negativa.*

9. *Vocabulum* Lex Dei *accipitur latè vel strictè* Priori modo ſignificat totam Scripturam: poſteriori opponitur evangelio, & ita hîc accipitur.

10. *Typi ſunt publici*, ut terra Canaan, Paſcha, ſacerdotes & ſacrificia V. T. *vel privati*, ut vellus Gideonis *Iud.6. Deinde ſunt communes*, ut circumciſio externa eſt typus circumciſionis internæ: *vel proprij*, ut Melchiſedec fuit typus Chriſti. *Denique typi ſunt V. vel N. T.* Ibi ſunt variæ figuræ, ceremonię, perſonæ, res, actiones: hîc ſunt ſacramenta N. T. ut baptiſmus eſt typus reſpondens diluvio, panis & vinum in euchariſtiâ ſunt typi corporis & ſanguinis Chriſti.

11. *Tempus legis diſtinguendum eſt à tempore gratiæ.* Vide cap. ſeq.

12. *Mandata Dei ſunt expreſſa, vel occulta.* Illa ſunt externa, & promulgantur: hæc ſunt interna, & inſpirantur.

13. *Promiſſionum tria ſunt genera in Scripturis: videl. promiſſio fœderis operum*, ſub con-

conditione obedientiæ perfectæ: *promiſſio fœderis gratuiti*, ſub conditione fidei: *& promiſſio particularis, ſubſerviens fœderi gratuito*, ſub conditione operum fidei ſeu gratiæ.

14. *Abrogatio legis eſt totalis, vel partialis: legitima, vel illegitima: vera, vel imaginaria.*

15. *Lex obligat conſcientiam vel primò, per ſe & immediatè, vel ſecundariò, per accidens & mediatè.*

16. *Narratio eſt legalis, vel evangelica.*

17. *Narratio eſt didaſcalica, vel prophetica, vel hiſtorica, vel laudativa: item abſoluta, vel conditionalis.*

18. *Præcepta, interdictiones, promiſſiones & comminationes, ſunt categorica ſeu abſoluta, vel hypothetica ſeu conditionales: & hæ habent conditionem expreſſam, vel ſubintellectam. Deinde ſunt perpetua, vel temporaria; communes, vel ſingulares, ſive perſonales.*

19. *Prædictio divina facta eſt per oracula, typos vel viſiones.*

20. *Vaticinia divina ſunt vel abſoluta, vel typica.*

21. *Mandata Dei ſunt practica, vel parabolica & typica.* Illa de operando, ut in decalogo: hæc de ſignificando & loquendo, ut *Hoſ.*1 *v.*2. *Actor.*10. *v.*14.

22. *Præ-*

22. *Præcepta decalogi ſunt purè moralia, vel habent aliquid ceremoniale admixtum.*

23. *Mandatum Dei eſt generale, vel ſpeciale: ordinarium, vel extraordinarium.*

24. *Lex æterna dicitur latiùs, vel preſſiùs. Illo modo complectitur legem naturæ: hoc modo eſt lex archetypa in mente Dei.*

25. *Vis legis eſt directiva, vel coactiva.*

26. *Lex eſt vetus, vel nova ſeu gratiæ:* & hæc eſt de ſacramentis N. T.

27 *Vſus legis cernitur in ſtatu innocentiæ, miſeriæ, gratiæ, & gloriæ.*

## CAP XVII.

### *De Fœdere naturæ & gratiæ.*

1. F*OEdus Dei cum homine eſt naturæ, vel gratiæ.* Illud dicitur creationis, operum, & legale: hoc, evangelicum.

2. *Fœdus evangelicum eſt vetus, vel novum.*

3. *In fœdere evangelico diſtinguenda ſunt ſubſtantialia & acceſſoria: ſeu eſſentia, & œconomia.*

4. *Fœdus eſt humanum, vel divinum: & hoc eſt commune, vel proprium.* Fœdus commune eſt ſanctio divina reſpectu omnium creaturarum, de ſervandis vicibus

tem-

tempeſtatum anni, dierum, noctium, ſementis, ac meſſis. *Gen.* 8. *v.* 22. *c.* 9. *v.* 15. *Ier.* 33. *v.* 20. Fœdus proprium reſpicit homines: eſtque naturæ, vel gratiæ.

5. *Obſignatio fœderis gratiæ eſt interna, vel externa.* Illa fit per teſtimonium Spiritus ſancti & conſcientiæ: hæc per ſacramenta.

6. *Modus fœderis gratiæ variat reſpectu electorum infantum & adultorum: item ratione eccleſiæ V. & N. T.*

7. *Magnitudo & amplitudo gratiæ non conſiſtit in quantitate extenſivâ ſeu numeri: ſed in quantitate intenſivâ, ſeu virtutis.*

8. *Fœdus vetus dicitur ambiguè.* Aut enim ſignificatur eo nomine fœdus naturæ, ſeu primævum; aut fœdus gratiæ, prout adminiſtratum fuit in V. T. Similiter *fœdus novum* aut ſignificat fœdus gratiæ, aut adminiſtrationem fœderis gratiæ in N. T. Hinc patet, quo ſenſu fœdus vetus & novum dicantur differre nunc ſubſtantiâ, nunc circumſtantiâ.

9. *Fœdus naturæ conſideratur tribus modis: videl. ut excellenter inſtitutum*, Gen. 2. *turpiter violatum*, Gen. 3. *& ſolenniter repetitum*, Exod. 20.

10. *In fœdere naturæ & gratiæ ſpectatur Dei beneficium, & hominis officium.*

11. *Fœdus gratiæ ſpectatur quantum ad pro-*

*promulgationem, & applicationem*: ſeu, ratione vocationis externæ, & eccleſiæ viſibilis, vel ratione vocationis internæ, & eccleſiæ inviſibilis. Priori modo hypocritæ etiam dicuntur fœderati Dei; poſteriori, non niſi electi. Pertinet huc diſtinctio, quòd alii ſint in fœdere, alii de fœdere.

12. *Fœdus gratiæ, adeoque evangelium, fuit vel nudè propoſitum in V. T. vel variis ſacrificiis typiſque veſtitum & adumbratum.*

13. *Vſus fœderis gratiæ, atque adeo etiam evangelij, eſt per ſe, vel per accidens.* Per ſe: ut ſit odor vitæ ad vitam. Per accidens: ut ſit odor mortis ad mortem.

14. *Conditio fœderis gratuiti eſt partim fides, partim obedientia evangelica, ſeu vitæ ſanctimonia ex fide in Chriſtum profectâ.*

15. *Promiſſio fœderis gratuiti, adeoq; evangelica, eſt catholica ratione ſubjecti, & objecti.* Subjectum recipiens ſunt omnes credentes in V. & N. T. objectum eſt ablatio omnis mali, & collatio omnis boni in Chriſto, per Chriſtum & propter Chriſtum.

16. *Status ſeu periodus V. T. conſideratur quantum ad initium, vigorem, & inclinationem*: & hæc iterum ſpectatur quantum ad protaſin ſub Johanne Baptiſtâ, epitaſin in morte Chriſti, & cataſtrophen in exci-

dio Hieroſolymorum à Daniele prædicto. Hinc epocha N. T. & abrogatio legum ceremonialium conſideratur ratione initij, progreſſus, & finis.

17. *Pædagogia V. T. fuit obſcura, oneroſa & operoſa quantum ad umbras legales, clara & facilis, quantum ad lumen evangelij.* Interim claritas & facilitas fuit longè minor, quàm in N. T.

18. *Ceremoniæ V. T. conſiderantur ut viva,* ante paſſionem Chriſti, *vel mortua, ſed nondum mortifera,* poſt Chriſti paſſionem uſque ad excidium urbis per Titum: *vel ut mortua & mortifera,* ut ab illo tempore.

## Cap. XVIII.

### De Chriſto.

1. *Attributa & opera Chriſti ſunt vel divina, vel humana, vel θεανδρικὰ,* quæ etiam dicuntur œconomica.

2. *In doctrinâ de Chriſto oportet diſtinguere nomen abſtractum, & concretum.* Illud eſt nomen naturæ; hoc, perſonæ.

3. *Totum Chriſti, & totus Chriſtus recte diſtinguuntur.*

4. *Communicatio in Chriſto alia eſt idiomatum, alia donorum.*

5. *Nativitas Chriſti eſt propriè dicta, ſeu*

*eſſen-*

*eſſentialis, eaque alia ab æterno, alia in tempore: vel impropriè dicta, ſeu ſpiritualis,* quâ Chriſtus naſcitur in cordibus noſtris.

6. *Status Chriſti eſt exinanitionis, vel exaltationis.* Alii ſic malunt: Status Chriſti eſt perpetuæ innocentiæ, temporariæ miſeriæ, vel æternæ gloriæ.

7. Λύτρον *Chriſti conſideratur quantum ad magnitudinem pretij ſive ſufficientiam, & applicationem ſeu efficientiam.*

8. *Obedientia Chriſti eſt activa, vel paſſiva.* Et illa eſt vel perſonæ Chriſti, vel ſervitutis legalis. Prior non ingreditur juſtificationem noſtri coram Deo; poſterior ſecus habet.

9. *In Chriſto diſtinguere oportet eſſe perſonæ, & eſſe mediatoris.*

10. *Mediator eſt conciliationis, unionis, & confirmationis, vel reconciliationis & reunionis.* Priori modo Chriſtus eſt mediator bonorum angelorum, poſteriori hominum electorum.

11. *Ignorantia eſt puræ negationis, vel pravæ diſpoſitionis.* Illa eſt naturæ finitæ, & locum habuit in humanâ Chriſti naturâ: hęc eſt officii. *Deinde ignorantia eſt juris, vel facti.* Illa in Chriſto non fuit: hæc fuit.

12. *Defectus eſt culpabilis, ſeu damnabilis & deteſtabilis, vel miſerabilis: & hic naturalis, vel perſonalis.* In Chriſti

carne fuerunt defectus ſeu infirmitates miſerabiles naturales. Pertinet huc diſtinctio Damaſceni inter defectus διαβλήτους καὶ ἀδιαβλήτους.

13. *Per ſe ſubſiſtere eſt actus ſubſtantiæ, vel perſonæ.* Priori modo humana Chriſti natura per ſe ſubſiſtit: poſteriori non item.

14. *Totus Chriſtus eſt ubiq; at non totum Chriſti.*

15. *In Chriſto oportet diſtinguere eſſentiam, & œconomiam.*

16. *Iuſtitia Chriſti eſt eſſentialis*, ſeu divina; *originalis*, ſeu habitualis, ſive humana; *vel actualis*, ſeu moralis, eaque poſita in obedientiâ tum activâ, tum paſſivâ.

17. *Humana Chriſti natura eſt nobis ſimilis ratione eſſentiæ, & infirmitatis in ſtatu exinanitionis: diſſimilis ratione hypoſtaſis, & majeſtatis ſeu gloriæ in ſtatu exaltationis.*

18. *Regnum Chriſti eſt eſſentiale, vel œconomicum.* Illud cum Patre, & Spiritu S. obtinet in omne ævum: iſtud tradet Patri in fine ſeculi. 1. *Cor.* 15. *v.* 24 Illud dicitur naturale, & univerſale: hoc donativum, & diſpenſativum.

19. *Functio officij Chriſti alia eſt generalis, alia ſpecialis.* Prior ſpectat univerſum genus humanum: poſterior poſita eſt in prædicatione evangelii, & confirmatione

doctri-

doctrinæ per miracula. Et hæc attinebat ſpeciatim Judæos *Matth.* 15. *v* 24.

20. *Effecta unionis perſonalis in Chriſto ſunt communia, vel propria.* Communia ſunt communicatio idiomatum, communio officii, & communio cultus. Proprium effectum eſt communicatio donorum, ſeu ditatio humanæ naturæ. In his verò omnibus manens naturæ diſtinctæ eſſentiâ & gradu.

21. *In Chriſto eſt forma Dei, & forma ſervi.* Philip 2.

22. *Chriſtus diſtinguitur à Patre duobus modis: perſonâ, & œconomiâ.*

23. *Deſcenſus ad inferos eſt localis, vel virtualis: ſecundùm naturam, vel œconomiam: ſecundùm ſubſtantiam, vel œconomiam.*

24. *In Chriſto eſt ἄλλο καὶ ἄλλο, id eſt, aliud & aliud, ſed non ἄλλος καὶ ἄλλος, id eſt, alius & alius.*

25. *Chriſtus eſt aliter ex Patre, aliter ex virgine, ſecundum naturam: ſed non eſt alter ex Patre, alter ex virgine, ſecundùm perſonā.*

26. *Mediatio Chriſti alia eſt* ὑποστατικὴ, *ſubſtantialis*, putà conjunctio duarum naturarum ad conſtituendum perſonam mediatoris: *alia* ἐνεργητικὴ, *per operationem*, ſeu *actualis*, quæ perficitur certis gradibus. Nam Chriſtus eſt arbiter, internuncius, interceſſor, ſponſor, & rex.

27. *Quidquid Chriſtus habet id habet per naturam, vel per gratiam. Gratia eſt unionis, vel habitualis, ſeu unctionis.*

28. *Chriſtus dicitur mediator, tum quâ medius, tum quâ medians.* Eſt medius perſonâ, medians officio.

29. *Majeſtas & cultus Chriſti eſt vel ratione οὐσίας τοῦ λόγου, vel ratione οἰκονομίας.* Ibi Chriſtus honoratur ut Deus, hîc ut Deus-homo, ſeu, ut Græci meliùs exprimunt, ut θεάνθρωπος.

30. *Unio eſt naturalis, vel ſupernaturalis: & hac eſt eſſentialis*, in SS. Trinitate; *vel perſonalis*, in Chriſto; *vel ſpiritualis*, inter Chriſtum & eccleſiam, quæ etiam dicitur myſtica: *vel ſacramentalis*, inter ſignum & rem ſacramenti.

31. *Chriſtus conſideratur vel κατὰ θεολογίαν, ut λόγος τοῦ θεοῦ; vel κατ' οἰκονομίαν partim ut homo, partim ut Deus-homo.*

32. *Chriſtus eſt λόγος Patris ὁ ἔσω καὶ ὁ ἔξω, id eſt, internus & externus.*

33. *Mediator eſt in foro divino, vel humano.* Ibi eſt mediator vel typicus & miniſterialis, ut Moſes: vel verus, ut Chriſtus, qui eſt mediator merito & efficaciâ.

34. *Interceſſio eſt fraterna, vel ſacerdotalis: & hac, typica vel vera.*

35. *Incarnatio Chriſti conſideratur inchoativè, vel terminativè.*

36. *Deſertio, quâ quis à Deo deſeritur, eſt perpetua, vel temporaria.*

37. *Unio hypoſtatica eſt ordinaria, vel extraordinaria: æqualis ſeu adæquata, vel inæqualis ſeu inadæquata.*

38 *Paſſio Chriſti eſt principalis, ſeu magna, vel minùs principalis.*

39. *Seſſio Chriſti ad dextram Patris eſt alia naturalis, alia œconomica.* Illa eſt divinæ naturæ, ſeu Chriſti, quatenus eſt Filius Dei: hæc ejuſdem, quatenus eſt θεάνθρωπος, & hæc in Symbolo intelligitur.

40. *Exinanitio Chriſti alia eſt per omiſſionem majeſtatis, alia per admiſſionem infirmitatis.*

41. *Exaltatio Chriſti alia eſt per φανέρωσιν majeſtatis, alia per αὔξησιν gloriæ & tranſlationem è loco inferiore in ſuperiorem.*

42. *Nomen* JESUS *tribuitur Chriſto verè, hominibus vel typicè, vel æquivocè.*

43. *Chriſtus in morte ſuâ fuit ſeparatus à Deo, affectione commodi, non verò affectione juſtitiæ.*

44. *Chriſtus in paſſione ſuâ nihil inordinatum ſenſit* ἔσωθεν, ab intrinſeco: *etſi* ἔξωθεν, ab intrinſeco, *fuit impetitus.*

45. *In Chriſto eſt duplex* οἰκείωσις, appropriatio: *una* φυσικὴ καὶ οὐσιώδης, *ſecundùm quam aſſumſit noſtram naturam; altera* προσωπικὴ καὶ σχετικὴ, *ſecundũ quã aſſumſit noſtrã*

perſonam in judicio Dei, h. e. appropriavit ſibi noſtram maledictionem.

46. *Chriſtus paſſus eſt extremitatem mortis æternæ, non ipſum æternitatem ratione durationis:* ſeu, paſſus eſt mortem æternam, non ſuccumbendo ignominiosè, ſed emergendo & vincendo gloriosè.

47. *Voluntas Chriſti eſt vel Dei, vel hominis, & nominatim prophetæ,* de quâ Matth. 23. v. 37.

48. *Chriſtus eſt lapis defenſionis, per ſe: offenſionis, per accidens.*

49. *Pulchritudo eſt increata, creata, vel ex utrâque conſtans.* Illa eſt Dei; iſta, creaturæ; hæc Chriſti θεανθρώπου, cujus pulchritudo conſideratur ratione perſonæ & officii.

50. *In actione & paſſione Chriſti diſtinguenda ſunt ἀμίμητα, δυσμίμητα, καὶ εὐμίμητα, id eſt, inimitabilia, difficulter imitabilia, & facilè imitabilia.*

51. *Perpeſſio mortis æternæ eſt vel ignominioſa, vel glorioſa.* Illo modo damnati in inferno patiuntur mortem æternam: hoc modo Chriſtus eandem eſt perpeſſus.

52. *Defectus ſunt tales negativè, vel privativè.* Illi habuerunt locum in humanâ Chriſti naturâ: hi non item.

53. *Vnctio eſt vel ordinatio ad officium, vel collatio donorum.* Priori modo unctio

Chriſti concernit totam perſonam; poſteriori, humanam duntaxat naturam.

54. *Vnctio eſt materialis, ſeu externa, vel ſpiritualis & interna.* Illa eſt politica, vel eccleſiaſtica: hæc eſt vel Chriſti capitis, vel membrorum Chriſti: & hæc eſt communis omnium Chriſtianorum, vel propria miniſtrorum verbi. Porrò unctio eccleſiaſtica eſt legalis, ſeu V. T. vel apoſtolica, de quâ *Marc. 6. & Iacob. 5.* vel ſuperſtitioſa.

55. *Λόγος eſt extra carnem, non quòd ſeperatim exiſtat, ſed quòd ſit immenſus.*

56. *Adam & Chriſtus inter ſe comparătur & opponuntur partim pariter, partim impariter.* Paritas eſt in eo, quòd uterque habet ſuos hæredes & cohæredes, & illis communicat aliquid per imputationem, & inhæſionem. Imparitas eſt in eo, quòd Adam omnibus hominibus communicat malum, Chriſtus omnibus electis bonum. Nimirum ab Adamo habemus malum meritum, quod Scholaſtici vocant demeritum, & inefficaciam ad bonum ſupernaturale: in Chriſto habemus bonum meritum, & efficaciam ad bonum.

57. *In perſonâ Chriſti conſideratur veritas naturarum, unitas perſonæ, & communitas naturarum in perſonâ.*

58. *Chriſtus aſſumſit humanam naturam,*

*non ad complendum eſſentiam, ſeu οὐσίαν, deitatis: ſed ad perficiendum ἐξουσίαν, ſeu œconomiam mediatoris.*

59. *Chriſtus eſt impoſſibilis deitate, paſſibilis carne: incircumſcriptus ſpiritu, circumſcriptus corpore.* Sunt verba Gregorii Nazianzeni.

60. *Humana Chriſti natura conſideratur quantum ad eſſentiam, & exiſtentiam.* Illam nobiſcum habet communem, adeoq; proprietates eſſentiales: hanc habet ſibi propriam, ideoque & attributa ſingularia.

61. *Proprietates humanæ Chriſti naturæ ſunt eſſentiales, animales, vel ſpeciales.* Illæ & hæ ſunt inſeparabiles: iſtæ ceſſant cum vitâ animali.

62. *Chriſtus eſt ſeipſo minor, in formâ ſervi: & rurſus eſt ſeipſo major, in formâ Dei.* Sunt verba Chryſoſtomi ſuper *Phil.* 2.

63. *Humana Chriſti natura eſt præſtantior angelis, quantum ad gratiam unionis & unctionis, non verò ratione depoſitionis ſuarum proprietatum naturalium.*

64. *Natura Chriſti eſt aſſumens, ſeu uniens, vel aſſumta, ſeu unita.*

65. *Officia Chriſti conſiderantur vel ſeorſim, vel conjunctim, quatenus unum cum altero eſt connexum.*

## Cap. XIX.

### De Eccleſiâ.

1. *Eccleſia eſt univerſalis ſeu catholica, vel particularis.* Sic eccleſia dividitur ratione complexus, Eccleſia particularis eſt publica, vel domeſtica.

2. *Eccleſia eſt militans, vel triumphans.* Sic eccleſia dicitur ratione loci & ſtatus. Quæ dicitur laborare in purgatorio, nulla eſt.

3. *Eccleſia militans eſt inviſibilis, ſeu interna, vel viſibilis, ſeu externa.* Sic eccleſia dividitur ratione notarum.

4. *Eccleſia eſt V. vel N. T.* Et illa ante, vel poſt lapſum. Sic eccleſia dividitur ratione temporis.

5. *Miniſtri eccleſiæ ſunt ordinarij, vel extraordinarij: vocati mediatè, vel immediatè.*

6. *Communio ſanctorum eſt interna, vel externa.*

7. *Ceremoniæ ſacræ legitimæ ſunt vel divinitùs inſtitutæ, vel eccleſiaſticæ. Et illæ ſunt V. vel N. T. Item ceremoniæ ſunt fundamentales, vel indifferentes.*

8. *Excommunicatio eſt legitima, vel illegitima: minor, vel major: & hæc eſt ſimplex, vel anathema.*

9. *Concilia eccleſiaſtica ſunt legitima, vel illegitima: generalia, vel particularia.* Illa ſunt œcumenica, vel nationalia, ſive ἐθνικά: hæc ſunt provincialia, vel claſſica ſive diœceſana.

10. *Vocatio eccleſiaſtica eſt interna, vel externa: immediata, vel mediata: ordinaria, vel extraordinaria: ante conſtitutam eccleſiam, vel poſtquam conſtituta eſt.*

11 *Clavis eccleſiæ alia eſt claudens, alia aperiens.*

12. *Membra eccleſiæ catholicæ ſuſtinent duplicem relationem: unam reſpectu capitis, alteram reſpectu membrorum inter ſeſe.*

13. *Chriſtus eſt caput eccleſiæ catholicæ ratione influentiæ & directionis ſimul: paſtor eſt caput eccleſiæ particularis ratione directionis.*

14. *Mali ſunt permiſti bonis in eccleſiâ viſibili, nõ verè in inviſibili.* Et rurſus in eccleſiâ viſibili permiſti ſunt bonis σωματικῶς, *corporaliter*, non πνευματικῶς *ſpiritualiter.*

15. *Quæſtio juris diſtinguenda eſt à quæſtione facti, quando agitur de eccleſiâ Romanâ, Græcâ, vel Æthiopicâ.* Quæ tres olim erant matrices, ut ita dicam, & normæ reliquarum eccleſiarum.

16. *Eccleſia eſt civilis, vel ſacra.* Illa eſt legitima, eaque ordinaria vel extraordinaria;

ria; vel confuſa *Actor.* 19. 32. 39. hæc eſt externa, ſeu ἐν τῷ κρυπτῷ, vel interna, ſeu ἐν τῷ φανερῷ.

17. *Eccleſia eſt vera ſeu credentium, vel falſa, ſeu malignantiũ.* Sic eccleſia dividitur ratione doctrinæ. *Vtraque eſt collectiva, vel repræſentativa.*

18. *Eccleſia eſt perfectior, vel imperfectior.* Sic eccleſia diſtinguitur ratione ſtatus.

19. *Succeſſio eſt perſonarum, vel doctrinæ.* Illa dicitur externa & localis; hæc, interna & dogmatica.

20. *Conſpiratio in doctrinâ cum eccleſiâ antiquâ aut eſt cum eccleſiâ apoſtolicâ, aut cum ſuccedente eccleſiâ.*

21. *Vnio & communio ſanctorum alia eſt myſtica & interna, ſeu ſpiritualis, alia externa & viſibilis.* Illa per vinculum fidei, hæc per vinculum profeſſionis.

23. *Efficacia doctrinæ ſacræ alia eſt ſalutaris, alia non.* Illa eſt electorum propria: hæc communiter attinet ad vocatos.

24. *Vox* prophetia & propheta *aut communiter ſignificat donum interpretationis Scripturarum, aut ſpecialiter donum prædictionis.*

25. *Petra eccleſiæ eſt vel ex quâ, vel ſuper quam. Et hæc eſt vel eccleſia catholica, ut ſolus Chriſtus: vel eccleſia particularis, ut quilibet paſtor fidelis.*

26. *Eccleſia catholica dicitur abſolutè, vel ſecundùm quid: & hæc eſt vel omnium temporum, vel unius temporis.*

27. *Eccleſia conſideratur ſecundùm ſtatum innocentiæ, miſeriæ, gratiæ, & gloriæ.*

28. *Ordines eccleſiaſtici ſunt vel in ſacris literis fundati, vel non.*

29. *Hierarchia eccleſiaſtica eſt V. vel N. T.*

30. *Epiſcopatus eſt evangelicus, humanus, vel Satanicus.*

31. *Impoſitio manuum eſt legitima, vel ſuperſtitioſa.*

32. *Politia eſt civilis, vel eccleſiaſtica.*

33. *Poteſtas eccleſiæ eſt nomothetica*, in conſtituendâ politiâ: ἑρμηνευτικὴ, *id eſt, interpretativa*, in explicatione & explicatione Scripturæ: vel κριτικὴ, *id eſt, judiciaria*, in juriſdictione ſeu poteſtate clavium.

34. *Canones Eccleſiaſtici ſunt legitimi, vel illegitimi*

35. *Conſuetudo eccleſiæ eſt rationabilis, vel non: generalis, vel topica.*

36. *Ceremoniæ religioſæ ſunt veræ, vel falſæ: & illæ ſunt vel divinæ, eæq; tum V. tum N. T. vel eccleſiaſticæ.*

37. *Abſolutio & cenſura ſeu ligatio eccleſiaſtica eſt vera, vel falſa: privata, vel publica, & hæc conſiſtorialis, vel panegyrica.*

38. *Bona eccleſiaſtica ſunt neceſſaria, vel ſuperflua.*

39. *Privilegia eccleſiaſtica ſunt perſonarum, locorum vel bonorum eccleſiaſticorum.*

40. *Hoſtes Eccleſiæ ſunt aperti, vel diſſimulati: & hi ſunt pſeudochriſti, vel antichriſti.*

41. *Antichriſtus dicitur latè, vel ſtrictè: & hic appellatur magnus Antichriſtus.*

42. *Hæreticus eſt erro, vel turbo: ſanabilis, vel inſanabilis: dogmatiZans, vel non: ſeductus, vel ſeducens.*

43. *Error circa doctrinam ſalutis eſt corrumpens, vel dubitans: fundamentalis, vel non: profectus ex inſcitiâ nudâ, vel voluntaria: petens fundamentum directè, vel indirectè.*

44. *Bona ſeu dona Dei erga eccleſiam ſunt ſpiritualia, ſeu principalia, vel corporalia, ſeu acceſſoria: ſalutaria, vel non: communia toti eccleſiæ, vel certorum membrorum propria: æterna, vel temporaria: ordinaria, vel extraordinaria: publica, vel privata.*

45. *Perſonæ in Eccleſiâ verſantes aliæ ſunt ſanæ doctrinæ & vitæ, aliæ ſecus: & hæ ſunt corrumpentes, vel corruptæ: utraque universè, vel ex parte: item ex ignorantiâ, infirmitate, vel malitiâ.*

46. *Eccleſia eſt ſancta partim imputatione; partim ſtudio, effectu & profectu; partim conſummatione.*

47. Co-

47. *Catholicum dicitur ratione univerſalitatis & amplitudinis, vel puritatis & orthodoxiæ.*

48. *Communio ſanctorum inter ſeſe eſt vel viventium cum viventibus in eccleſiâ militante; vel viventium in eccleſiâ militante cum viventibus in eccleſiâ triumphante.* Prior illa eſt κοινοπραξίας, quantum ad bona ſpiritualia & corporalia; vel συμπαθείας, quantum ad mala.

49. *Gubernatio eccleſiæ eſt interna, vel externa: & hæc communis, vel propria: publica, vel privata.*

50. *Suſpenſio eccleſiaſtica eſt vel à munere, vel à communione S. cœnæ.* Illa depoſitio, hæc abſtentio dicitur.

51. *Defectio à fide eſt totalis, vel partialis: finalis, vel ad tempus.*

52. *Hæreticus eſt lapſus, vel relapſus: natus, vel factus: notorius, vel clandeſtinus.*

53. *Schiſmaticus eſt ſanabilis, vel inſanabilis.*

54. *Prærogativa ſeu præeminentia eſt ratione ſtatus, officij, authoritatis perſonalis, ordinis, vel principalitatis ſeu donorum.* Similiter primatus.

55. *Primatus eſt poteſtatis, vel ordinis.*

56. *Privilegia ſunt univerſitatis, vel perſonalia: ordinaria vel extraordinaria.*

57. *Concilia ſunt approbata, reprobata,* *vel*

*vel mixta ſive neutra.* Eſt diſtinctio Bellarmini: ſed non proba.

58. *Leges politiæ Eccleſiaſticæ ſunt fundamentales, vel honorariæ.*

59. *Gladius eſt ſpiritualis, vel ſecularis.* Sic & brachium diſtinguitur.

60. *Præſes concilij eſt ſummus, videl. Spiritus ſanctus: vel miniſterialis, & hic politicus, vel eccleſiaſticus.*

61. *Officium paſtorum eccleſiæ eſt vel commune cum omnibus Chriſtianis, vel ipſorum proprium.*

62. *Praxis eccleſiæ eſt univerſalis & perpetua, vel particularis & certi temporis.*

63. *Aliud eſt eſſe in eccleſiâ, aliud de eccleſiâ.*

64. *Splendor eccleſiæ eſt internus, ſeu ſpiritualis, vel externus.*

65. *Eccleſia catholica non poteſt errare & deficere vel tota, vel totaliter, id eſt, in omnibus dogmatis fidei, vel fundamentaliter: etſi interim ipſius partes poſſunt errare & deficere, in multis dogmatis, extra fundamentum ſalutis.*

66. *Antiquitas eſt vera, vel apparens.*

67. *Notæ alicujus rei ſunt reciprocæ, vel non: & hæ ſunt latiores, vel anguſtiores.* Notæ eccleſiæ debent eſſe reciprocæ.

68. *Eccleſia eſt naſcens, vel nata.*

69. *Ordines eccleſiaſtici ſunt ordinarij & perpetui, vel extraordinarij & temporales: neceſſarij, vel honorarij.*

70. *Presbyter eſt ratione doctrinæ, vel diſciplinæ.*

71. *Immunitas ſeu exemtio perſonarum & rerum eccleſiaſticarum eſt typica, vel politica: & hæc immoderata, vel moderata.*

72. *Vita animalis eſt ſocialis, vel ſolitaria, ſeu monaſtica: & hæc ſecundùm, vel præter naturam & Scripturam.*

73. *Homines de eccleſiâ ſunt clerici, ſeu ſpirituales, vel laici, ſeu ſeculares.*

74. *Monachi ſunt veteres, vel recentiores.*

75. *Iudicium in negotio religionis eſt liberum, explicitum, & Chriſtiano homine dignum; vel ligatum, implicitum, ut cœcum, homineq; Chriſtiano indignum.*

76. *Pulchritudo eccleſiæ eſt perfecta, vel imperfecta.* Illa eſt ratione juſtificationis & glorificationis, hæc ratione ſanctificationis.

77. *Reformatio ceremoniarum eſt tempeſtiva, vel intempeſtiva.*

78. *Attributa Eccleſiæ ſunt communia, ſeu generica; vel propria, ſeu ſpecialia.* Et hæc ſunt eccleſiæ viſibilis, vel inviſibilis: catholicæ, vel perticularis, & hujus quidem,

dem, puræ, vel impurioris, illius autem vel abſolutè catholicæ, vel ſecundùm quid: item eccleſiæ triumphantis, vel militantis. & hujus quantum ad juſtificationem, vel ſanctificationem.

79. *Eccleſia triumphus eſt inchoatus, vel conſummatus.* Ille in his terris, per 1000. annos; hic in cœlis.

80. *In eccleſia ſpectatur* τὸ εἶναι ϗ τὸ εὖ εἶναι, ſeu τὸ eſſe & bene eſſe.

## Cap. XX.

### *De Vocatione.*

1. M*Edia ſalutis ſunt immediata, vel mediata.* Illis poſitis ponitur æterna ſalus, ut ſunt fides, ſpes, charitas: hîc res ſe habet ſecus, ut ſunt auditus verbi Dei, & uſus ſacramentorum.

2. *Vocatio divina fit vel ad officium, vel in eccl ſiam.* Illa dicitur perſonalis, eſtque eccleſiaſtica, vel politica: hæc ſalutaris. Et hæc eſt hujus loci.

3. *Vocatio in eccleſiam eſt interna, vel externa.* Item, *ſimplex, vel conjuncta.* Illa eſt vel externa tantùm, vel interna tantùm: hæc eſt externa & interna ſimul. Item eſt *immediata, vel mediata: ordinaria, vel extraordinaria: efficax,*

vel

*vel inefficax: denique fit vel ad communionem gratiæ, vel ad communionem gloriæ.*

4. *Vocatio in eccleſiam eſt univerſalis*, putà Judæorum aut Gentium; *vel particularis*, ut Apoſtoli Pauli, de quâ dicitur, ex Saulo factus eſt Paulus.

5. *Vocatio eſt naturalis*, quâ Deus vocat homines per legem naturæ & varia beneficia & judicia, oculis omnium expoſita: *vel ſupernaturalis, eaque vel communis, vel propria & ſingularis*. Scholaſtici dicunt, vocationem fieri per gratiam naturalem, ſecundùm eſſe naturæ, vel per gratiam ſupernaturalem.

6. *In vocatione hominum ad eccleſiam diſtinguenda διοικία Dei ab œconomiâ.* Illa in eo eſt poſita, ut evangelium electis ſit odor vitæ ad vitam, reprobis odor mortis ad mortem: hæc cernitur in promiſcuâ oblatione gratiæ per miniſtros.

7. *Efficacitas vocationis alia eſt externa, alia interna.* Illa eſt miniſterii, hæc Spiritus. *Vtraque eſt ſalutaris, vel non.* Hebr. 6. v. 4. & ſeqq.

8. *Vocatio univerſalis eſt triplex. Eſt enim primò omnium hominum*; quæ dicitur naturalis, de quâ paulò antè diſtinct. 5. *Deinde eſt integri alicujus populi*; de quâ diſt. 4. *Denique eſt promiſcua*, quâ vocantur

ele-

electi & hypocritæ. *Itaque vocatio particularis, ſive ſingularis, totidem modis dicitur.* Majoris lucis cauſâ primam dices naturæ, vel gratiæ: ſecundam, populi, vel perſonæ: tertiam, gratiæ communis, vel ſingularis.

9. *Media ſalutis ſunt ſufficientia ratione adminiſtrationis, vel applicationis: πρὸς ἀναπολογίαν vel σωτηρίαν: ſimpliciter, vel ſecundùm quid: in ordine cauſarum ſecundarum, vel ratione cauſæ primæ: ratione illuminationis, vel converſionis: denique ratione potentiæ, vel actus & eventus.* Sic Eſa. 5. dicit Dominus, ſe omnia adhibuiſſe, quæ ſufficiunt ad culturam vineæ.

10. *Gratia, quæ cernitur in vocatione, eſt prædicationis, illuminationis, vel regenerationis.* Illa eſt externa, iſta & hæc interna.

11. *Gratia Dei ſumitur latè, vel ſtrictè.* Latè ſignificat quodvis Dei beneficium, etiam naturale: ſtrictè ſignificat bona & dona ſupernaturalia; & hoc modo eſt æterna ſeu proponens, vel temporaria ſeu exequens. Illa χάρις, hæc χάρισμα dicitur in Scripturâ Gratia proponens eſt gratum faciens: exequens eſt vel gratum faciens, vel gratis data. Gratia gratum faciens eſt permanens ſeu habitualis, ut fides: vel tranſiens, ut eſt actio Dei. Et hæc gratia tranſiens eſt ſufficiens, vel efficax. Illa eſt gene-

generalis, per quam homo poteſt facere bonum: hæc, ſpecialis, per quam homo facit bonum ipſo actu, eſtque vel operans, in converſionis initio, vel cooperans, in progreſſu converſionis. Porrò gratia ſufficiẽs ſufficit vel πρὸς ἀναπολογίαν, vel πρὸς σωτηρίαν.

12. *Vocatio fit ad cultum Dei generalem, vel ſpecialem: ſeu ad culturam eccleſiæ viſibilis, vel inviſibilis.*

## Cap. XXI.

### De Pœnitentiâ.

1. *POEnitentia eſt vera, vel falſa: interna, vel externa: major, vel minor: antecedens, vel conſequens fidem.*

2. *Pœnitentia eſt legalis, vel evangelica: ſalutaris, vel non: univerſalis, ſeu initialis, vel particularis: ordinaria, vel extraordinaria: communis multis, vel propria: publica, vel privata: totius cœtus, vel unius hominis aut plurium: Spiritualis, ritualis, vel hypocritica: eccleſiaſtica, vel quotidiana.*

3. *Satisfactio eſt meriti*, ut in Chriſto; *vel ritus*; & hæc dicitur eccleſiaſtica.

4. *Indulgentia eſt divina, civilis, vel eccleſiaſtica.*

5. *Confeſſio peccati fit coram Deo, vel homini-*

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id358306663/96 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

*minibus: & hæc eſt publica, vel privata.*

6. *In homine regenito eſt homo vetus ſeu externus, & novus ſeu internus.* Res eodem redit, quando dicimus in homine regenito aliam partem eſſe regenitam, aliam non-regenitam. Ita dicitur caro; hæc, Spiritus.

7. *Peccator eſt reſipiſcens, vel impœnitens.*

8. *Pœnitentia & reſipiſcentia vocabula ſumuntur promiſcuè,* pro ſynonymis; *vel oppoſitè,* ita nempe, ut *pœnitentia*, μεταμέλεια, non progrediatur ultra pœnitudinem, ſed *reſipiſcentia*, μετάνοια, pœnitudini adjiciat mutationem vitæ in melius.

9. *Dolor eſt ſecundùm Deum, vel hominem.* Ille eſt dolor offenſæ, hic pœnæ.

10. *Arma quibus inſtructus eſſe debet miles Chriſtianus, ſunt defenſionis, vel offenſionis: dextra, vel ſiniſtra.*

11. *Deſperatio eſt ſalutaris, vel noxia.* Illa eſt de propriis viribus, hæc de gratiâ Dei: *Et item deſperatio totalis, vel partialis: finalis, vel ad tempus.*

12. *Melancholia eſt ſpiritualis, vel corporalis: & illa Salvatoris, vel Satanica.*

13. *Humiliatio eſt vera, vel hypocritica.*

14. Dolor

14. *Dolor eſt internus, vel externus.* Ille eſt compunctio cordis: hic eſt teſtificatio compunctionis per varia ſigna pœnitentiæ.

15. *Confeſſio peccati coram Deo eſt fiduciaria, vel deſperabunda.*

16. *Lætitia eſt ſecundùm mundum, vel ſecundùm Deum: Seu, eſt hominis exterioris, vel interioris*; illa corporalis (eaque tum licita, tum illicita.) hæc ſpiritualis.

17. *Contritio eſt legalis, vel evangelica: inchoata ſeu imperfecta, vel perfecta.* Illa attritio, hæc contritio uſitatè dicitur.

18. *Confeſſio eſt laudis, vel doctrinæ ſeu fidei, vel peccati; & hæc eſt publica, vel privata: generalis, vel ſpecialis: deniquefit coram Deo, eccleſiâ, vel proximo.*

19. *Satisfactio fit Deo, eccleſiæ, vel proximo.*

20. *Requiſita pœnitentiæ ſunt neceſſaria, vel honoraria: & illa ſunt talia non neceſſitate meriti, ſed medij, & ſigni, & præcepti.*

21. *Præparatio ſeu diſpoſitio ad ſalutarem & Chriſtianam pœnitentiam, non eſt ex parte noſtrâ, ſed ex parte Dei.* Ille ſiquidem ordinariè variis modis, tum per naturæ documenta, tum per verbum legis & evangelii, tum denique per varia beneficia & judicia, homines paulatim præparat, priuſquam hujus beneficii eos participes reddat,

dat. Eſt autem iſta præparatio communis, vel propria: interna, vel externa: paterna, vel judicialis.

22. *Regnum Spiritus eſt inchoatum, vel conſummatum:* & illud in quibuſdam eſt imbecillius & obſcurius, in quibuſdam firmius & manifeſtius.

23. *Victoria, quam reportamus de carne, mundo & Satanâ, eſt ratione Chriſti, vel noſtri: & hoc poſteriori modo eſt ſemiplena, vel plena.*

## Cap. XXII.

### De Fide.

1. *Fides eſt humana, vel divina; & hæc eſt hiſtorica ſeu dogmatica, temporaria, miraculorum, vel ſalvifica ſeu juſtificans.*

2. *Fides miraculorum (quæ etiam dicitur virtutum & ſignorum.) eſt activa, vel paſſiva.*

3. *Actus fidei eſt primus, vel ſecundus.*

4. *Evidentia eſt viſionis, vel perſvaſionis,* ſeu plerophoriæ.

5. *Dubitatio eſt totalis, vel partialis: finalis, vel certi temporis: habitualis, vel actualis.*

6. *Infidelitas eſt negativa, vel poſitiva.*

7. *Fides eſt generalis, vel particularis.*

8. *Fides eſt experimentalis, vel infuſa.* Illa ſignificat aſſenſum timoratum, ut lo-

quuntur, id eſt, ex timore ſervili profe-ctum: hæc eſt aſſenſus, quo promiſſionem gratiæ nobis applicamus.

9. *Fidei ſalvifica origo eſt immediata, vel mediata: ordinaria, vel extraordinaria.*

10. *In fide ſalvificâ ſpectatur quantum, & quale.* Hoc manet ac eodem modo ſe habet: illud variat.

11. *Fides eſt explicita, vel implicita: & hæc eſt talis ratione cognitionis, vel tẽtationis, ſeu infirmitatis.* Quę eſt talis ratione cognitionis, eſt vera, vel falſa.

12. *Objectum fidei juſtificantis eſt cõmune ſeu generale*, putà univerſum Dei verbum: *vel proprium, ſeu ſpeciale*, ut eſt promiſſio gratiæ per Chriſtum.

13. *Effectũ fidei ſalvificæ eſt primũ, vel ortũ; internũ vel externũ: immediatũ, vel mediatũ.* Primum eſt juſtificatio; ſecundũ, ſanctificatio. Internum eſt fiducia & ſpes; externum, charitas ſive bona opera in oculos incurrentia. Immediatum eſt apprehenſio meriti Chriſti; mediatum, juſtificatio.

14. *Perſeverantia dicitur de habitu, ſeu actu primo, vel de actu ſecundo.* Et rurſus dicitur de actu ſecundo, vel nunquam interrupto, atque ita perſeverantia pertinet ad ſtatum gloriæ: vel interrupto quidem, ad finem tamen aliquando perducto, & ita pertinet ad ſtatum gratiæ.

15. *Fides eſt viva, vel mortua.* Illa eſt operoſa, id eſt, efficax per opera: hæc deſtituitur bonis operibus. Et hæc poſterior dicitur apoſtolo Jacobo *ſola fides*, id eſt, ſolitaria, ſeu non proferens fructus.

16. *Fides eſt perfecta vel imperfecta, intenſivè, vel extenſivè, vel utroq; modo.*

17. *Fides eſt quæ creditur, vel quâ creditur.* Illa eſt doctrina fidei: hæc, virtus theologica.

18. *Fides eſt præceptorum, ſignorum, vel promiſſorum.* Eſt diſtinctio Bernhardi.

19. *Fides ſalvifica ὑποκειμενικῶς, ſive ſubjectivè, eſt in mente; ἐνεργητικῶς, ſeu effectivè, in voluntate.*

20. *Fides ſalvifica ex gradu ſuo eſt valida & firma, vel languida & infirma.*

20. *Ratio eſt ſuperior, vel inferior.* Illa eſt fides ſupernaturalis; hæc ratio naturalis, eaque corrupta, vel rectè ſe habens.

21. Amen *eſt fidele, vel infidele: & hoc eſt pupillum, ſubreptitium, vel ſectile.*

22. *Fides* (ut & ſpes) *malè diſtinguitur in formatam & informem.*

23. *Fides ſalvifica eſt habitualis, vel actualis: ordinaria, in adultis, extraordinaria in electis infantibus, qui decedunt in primâ infantiâ.*

24. *Gloriatio eſt præſumtionis, vel plerophoria.*

25. *Fides juſtificans conſideratur ratione fiduciæ, vel ſpei.* Illa etiam in vitâ æternâ habebit locum, hæc non item.

26. Tò *Quomodo eſt duplex: docilitatis, & infidelitatis.*

27. *Fidei ſalvificæ actus alius eſt ratione objecti,* quod eſt Chriſtus: *alius ratione effectorum,* ut ſunt ſpes & charitas.

## Cap. XXIII.

### De Iuſtificatione & Libertate Chriſtianâ.

1. *IVſtificatio eſt activa, vel paſſiva.*

2. *Remiſſio peccatorum eſt plenaria,* quâ ſolus Deus remittit peccata: *vel miniſterialis,* quâ paſtores eccleſiæ remittunt peccata: *vel fraternæ dilectionis,* quomodo nos jubemur & tenemur fratribus condonare offenſas.

3. *Iuſtitia eſt fidei, vel vitæ.*

4. *Chriſtus eſt juſtitia noſtra in ſenſu cauſali, non verò in ſenſu formali.*

5. *Chriſtus pro nobis factus eſt peccatum non ſubjectivè, ſeu inhæſione, ſed imputativè, ſeu imputatione.*

6. *Iuſtitia eſt moralis,* ſeu ethica & politica, *vel evangelica.*

7. *Iuſti-*

7. *Iuſtitia eſt vera, vel Phariſaica.*

8. *Iuſtitia eſt increata, vel creata: & hæc eſt perſonæ, vel cauſæ. Iuſtitia perſonæ eſt vel inhærens*, ut in Adamo ante lapſum, & in Chriſto, *vel imputata*, ut in nobis. *Iuſtitia inhærens alia eſt originalis & habitualis, alia actualis. Illa fuit in Adamo integro, & in Chriſto homine: hæc eſt perfecta, vel imperfecta.* Perfecta ut in Adamo ante lapſum & in Chriſto homine: imperfecta, ut in nobis.

9. *Aliquis fit juſtus intrinſecè vel extrinſecè.* Intrinſecè; cùm juſtitia infunditur, vel acquiritur. Extrinſecè; cùm juſtitia imputatur.

10. *Imputatio juſtitiæ eſt vera, vel falſa.*

11. *Aliquis fit juſtus immediatè, vel mediatè: ex toto, vel ex partè: alterius beneficio, vel proprio ſtudio: agendo, vel patiendo, vel utroque modo: in foro ſoli, vel poli.*

12. *Iuſtificatio eſt vera, vel falſa: completa, vel incompleta: univerſalis, vel particularis: à priori, vel poſteriori: efficax, vel inefficax: revocabilis, vel irrevocabilis: privata ſeu occulta, vel manifeſta & ſolennis: debita, vel gratuita.* Juſtificatio hominis coram Deo eſt vera, completa, univerſalis, à priori, efficax, irrevocabilis, privata, & gratuita.

13. *Iuſtificatio eſt legalis, vel evangelica.*

14. *Iuſtificatio evangelica fit ante tempora, in tempore, & poſt tempora.*

15. *Satisfactio eſt propriè, vel impropriè dicta: & fit vel per reum ipſum, vel per aliquem in ipſius gratiam, vel conjunctim per utrumque: denique fit agendo, vel patiendo, vel agendo & patiendo ſimul.*

16. *Forum divinum eſt internum, vel externum.* Illud eſt forum conſcientiæ: hoc eſt particulare, poſt mortem cujuſque; vel univerſale, in fine ſeculi.

17. *Remiſſio peccati eſt totalis, ſeu plena, vel partialis: prorſus gratuita, vel etiam promerita.* Deus nobis remittit peccata plenè, & ex purâ putâ gratiâ.

18. *Iuſtificare aliquis dicitur, itemque remittere peccata, vel actu judiciali,* ut Deus: *vel actu miniſteriali,* ut doctores verbi. *Dan.*12. & *Matth.*18. Hoc eſt, quod Scholaſtici dicunt, Deum remittere peccata authoritativè, doctores verbi nuntiativè.

19. *Libertas eſt civilis, ſeu politica, vel ſpiritualis, ſeu Christiana. Rurſus hæc eſt communis, vel propria.* Libertas Chriſtiana cõmunis, ſeu generalis, pertinet ad utrumq; teſtamentum, & conſiſtit in eo, quòd liberi ſumus à juſtificatione legis & rigido ejus poſtulato, à dominatu peccati, à morte ſecundâ, & onere traditionum & mandatorum impiorum. Libertas propria ſeu ſpecialis

cialis N. T. eſt, quòd ſumus liberi à ſervitute œconomicâ legis ceremonialis, & neceſſariâ obſervatione rerum indifferentium.

20. *Libertas eſt vera, vel apparens.*

21. *Ingenui, ſive liberi, ſunt nati, vel facti.* Nos ſimus ingenui, ſeu liberi, per Chriſtum. *Ioh.* 8. *v.* 36. Proinde ſumus liberti, ut vocant.

22. *Servitus eſt corporalis, ſeu civilis, vel ſpiritualis: & hæc eſt peccati, legis, diaboli & vanitatis ſeu miſeria.*

23. *Libertas à peccato eſt alia à reatu ſeu damnatione, alia à dominatione, alia ab inhabitatione.* Prima eſt perfecta, & acquiritur per juſtificationem: ſecunda eſt imperfecta, & acquiritur per ſanctificationem: tertia eſt perfecta, & acquiritur per glorificationem.

24. *Libertas Chriſtiana cernitur in actibus religionis elicitis, vel imperatis.* Ibi ſumus prorſus liberi ab omni coactione: hîc ſæpe cogitur locomotiva.

25. *Sanctificatio eſt inchoata, vel conſummata.*

26. *Gloria filiorum Dei eſt adoptionis, vel viſionis.*

27. *Communio, quam habemus cum Chriſto, eſt natura, ſtatus, & officij: item eſt in naturâ, gratiâ, & gloriâ.*

28. *Communio ſanctorum interna eſt vel cum SS. Trinitate, vel inter ſeſe: & hæc eſt in unitate doctrinæ, & communitate bonorum & crucis.*

29. *Peccatum tollitur duobus modis: vel ne ſit, vel ne obſit.*

30 *Examen juſtificationis pendet ab affectibus & effectibus veræ fidei.*

31. *Meritum eſt congrui, vel condigni: proprium, vel appropriatum, ſeu applicatum: univerſale, vel perſonale.* Meritum Chriſti eſt meritum condigni, nobis applicatum, & univerſale reſpectu credentium.

32. *Aliquis eſt carnalis vel universè & totaliter, vel ex parte.* Illo modo reprobi ſunt carnales; hoc modo regeniti. *Rom.* 7. & 8.

33. *Gaudium ſpirituale eſt fundamentale, vel ſuperficiale. Illud permanens, hoc tranſiens.*

34. *In juſtificatione evangelicâ ſunt duo actus non reipsâ, ſed termino à quo & ad quem diſtincti: videl. remiſſio peccatorum, & imputatio juſtitiæ Chriſti.*

35. *Iuſtificatio eſt prima, vel ſecunda.* Eſt diſtinctio Bellarmini, ſed mali commatis.

37. *Fides eſt prior juſtificatione, non tempore, ſed naturâ.* Eſt enim cauſa juſtificationis organica.

37. *Actus*

37. *Actus moraliter boni poſſunt praecedere juſtificationem, ſed non ſpiritualiter boni.*

38. *Praeparatio ad juſtificationem evangelicã non eſt ex parte voluntatis noſtrae aut facultatis, ſed ex parte Dei.* Vide paulò ante cap.21.diſt.21.

39. *Gratia Dei excludit merita noſtra, non verò Chriſti.*

40. *Applicatio meriti Chriſti ex parte Dei eſt perfecta & individua: ex parte hominis credentis eſt imperfecta & dividua.*

41. *Fides ſola dicitur ambiguè. Aut enim intelligitur eſſentia fidei, aut actus juſtificandi.* Priori modo fides ſola eſt mortua, & hypocritica: poſteriori non item.

42. *Bona opera juſtificant non à priori, aut coram Deo: ſed à poſteriori, ſeu coram hominibus, item reſpectu noſtri.* Nimirum declarant & obſignant juſtificationem quae dicitur à priori.

## Cap. XXIV.

### De Bonis operibus in genere, & in-ſpecie.

1. I*Mpletio legis eſt alia legalis, alia evangelica.* Item *alia eſt externa, moralis, & civilis, alia interna & ſpiritualis.*

2. *Iuſtitia eſt alia perſona, alia cauſa & conſcientia.* Illa operantis & ſubjecti: hæc operis, ſeu effecti.

3. *Perfectio eſt abſoluta, vel comparata: partium, vel graduum: imputata, vel inhærens: ſubjecti,* ſeu perſonæ, *vel principij agentis,* ſeu operis: *κατ' ἀλήθειαν*, vel *κατὰ δόξαν*: *medij, vel finis.*

4. *Virtus eſt naturalis, vel theologica.*

5. *Dignitas eſt externa, vel interna.* Illa imputata, hæc inhærens.

6. *Merces eſt legalis, vel evangelica.* Illa datur ex merito, hæc ex gratiâ.

7. *Idololatria eſt ſpeculativa, vel practica.*

8. *Iuramentum eſt legitimum, vel illegitimum: aſſerens, vel promittens: publicum, vel privatum: delatum à magiſtratu, vel ultrò oblatum.*

9. *Votum eſt legitimum, vel illegitimum: univerſale, ſeu generale, vel particulare, ſeu ſpeciale: ordinarium, vel extraordinarium: neceſſarium, vel arbitrarium, & illud vel ſimpliciter, vel ſecundùm quid tale: purum, ſeu categoricum, vel conditionale: perpetuum, vel certi temporis, animo conceptum, vel verbis: de re præceptâ, vel arbitrio noſtro permiſſâ.*

10. *Objectum adorationis religioſa eſt explicitum, vel implicitum.*

11. *Ieju-*

11. *Iejunium eſt naturale, civile, coactum, ſuperſtitioſum, vel religioſum: & hoc eſt ordinarium, vel extraordinarium; publicum, vel privatum; miraculoſum, & ſupra hominem, vel in viribus humanis poſitum.*

12. *Timor Dei eſt filialis, & ſervilis.*

13. *Confeſſio veritatis cœleſtis eſt tempeſtiva, vel intempeſtiva.*

14. *Condonatio eſt licita, vel illicita.* Sic & indulgentia.

15. *Communio bonorum eſt Chriſtiana, vel Platonica & Anabaptiſtica.*

16. *Concupiſcentia eſt ordinata, vel inordinata; moderata, vel immoderata.*

17. *Simulatio & diſſimulatio eſt licita, vel illicita.*

18. *Sabbatum eſt externum, internum, vel æternum: temporale, vel perpetuum: typicum, vel reale: legale, vel evangelicum: rituale, idque creationis, vel redemtionis, ſpirituale, & cœleſte.*

19. *Triplex eſt via, quâ Deo conjungimur: putà purgationis, illuminationis, & perfectionis ſeu unionis.*

20. *Remuneratio fit vel ex proportione meriti, vel ex gratiâ promiſſionis.* Deus remuneratur bona opera poſteriori modo.

21. *Remuneratio, quâ Deus remuneratur bona opera, eſt temporalis, vel æterna.* Quod attinet ad remunerationem tem-

poralem, ſolet Deus externam obedientiam impiorum externâ remuneratione liberaliter compenſare.

22. *Opus eſt bonum vel καθ' ἀλήθειαν, vel κατὰ δόξαν: moraliter & philoſophicè, vel ſpiritualiter & præcisè: ſecundùm ſubſtantiam, vel ratione omnium circumſtantiarum: legaliter, vel evangelicè.*

23. *Ira eſt officij, vel vitij.* Illa eſt neceſſariaria, & ſub ſe complectitur *iram zeli*: hæc eſt fugienda.

24. *Odium eſt legitimum*, putà rei & cauſæ malæ: *vel illegitimum, idque vel cauſæ & rei malæ vel perſonæ.* Quò pertinet odium, quod dicitur injuriæ.

25. *Oratio eſt vocalis, mentalis, vel vitalis.* Hæc diſtinctio tribuitur Wiclefo.

26. *Condonatio eſt vel offenſæ, vel pœnæ.* Illa eſt neceſſaria, quippe præcepta à Deo: hæc eſt libera.

27. *Iuſtitia operis eſt univerſalis, vel particularis: & hæc eſt commutativa, vel diſtributiva.*

28. *Cultus Dei eſt legitimus, vel illegitimus.* Ille eſt vel internus, vel externus cum interno conjunctus: hic eſt vel internus, vel externus ab interno ſejunctus. *Cultus Dei porrò eſt immediatus, vel mediatus, naturalis, vel ſupernaturalis: moralis, vel ceremonialis: item exhibetur Deo ab angelis, vel homi-*

*hominibus, & ab his quidem in ſtatu innocentia, miſeria, gratia & gloria: item eſt omnium temporum communis, ſeu idem in V. & N. T. vel proprius certorum temporum, & hic alius ſub lege, alius ſub evangelio.*

29. *Precatio, invocatio, petitio, adoratio, gratiarum actio, interceſſio, honor, cultus, &c. in genere ſunt legitima, vel illegitima: utraq; rei, vel perſonæ.* Legitima precatio, adoratio, &c. eſt civilis, vel religioſa: & civilis, eſt ſocialis, civilis vel reverẽs, vtraq; in ſocietate œconomicâ, ſcholaſticâ, politicâ, vel eccleſiaſticâ: & hæc poſtrema reſpicit membra eccleſiæ triumphantis, id eſt ſanctos angelos & animas, vel militantis. Illegitima eſt hypocritica, ſuperſtitioſa, idololatrica, &c. *Precatio, adoratio, &c. religioſa eſt interna tantùm, vel externa conjuncta cum internâ: communis tribus perſonis SS. Trinitatis, ſeu abſoluta, vel ſingulis propria, ſeu relata: nuda, vel pijs ceremoniis ornata: hiſtorica, vel prophetica: ordinaria, vel extraordinaria: privata, vel publica: ſolennis, vel non: ſtata, vel varians.* Diſtinctio inter adorationem latriæ, duliæ, & hyperduliæ eſt vitioſa.

30. *Bona opera ſunt neceſſaria neceſſitate præcepti & medij, non verò neceſſitate meriti.* Neceſſitas medii, eſt triplex: putà neceſſitas cultus ſeu obſequii erga Deum, bonæ

conſcientiæ erga nos, & officii erga proximum.

31. *Opera humana ſunt viva, mortua, mortifera, vel mortificata.* Sic Scholaſtici.

32. *Bona opera ſunt vel moraliter, vel meritoriè bona. Et hæc ſunt vel in foro humano,* ut ſunt opera mercenariorum & officialiũ; *vel in foro divino,* ut opera Chriſti.

33. *Bonum opus eſt tale politicè, philoſophicè, vel theologicè*

24 Bo*na opera ſunt renatorum, vel nonrenatorum.*

35. *Cognitio Dei alia eſt ex creatione, alia ex revelatione.* Illa eſt generalis, hæc ſpecialis. *Cognitio Dei generalis* eſt naturalis, vel experimentalis: & hæc ordinaria, vel extraordinaria. *Cognitio Dei ſpecialis* eſt ſalutaris, vel non. Illa dicitur affectiva, hæc nuda. *Cognitio Dei naturalis* eſt inſita, ſeu ſeminalis, vel acquiſita. Itaque in univerſum cognitio Dei eſt ἔμφυτος, ἐπίκτητος, καὶ θεόσδοτος.

36. *Tria ſunt genera hominum impiorum: Non ſperantes in Deum, deſperantes, & fruſtrà ſperantes.*

37. *Martyrium eſt cruentum, vel incruentum.*

38. *Conſolatio eſt philoſophica, vel Chriſtiana: & hæc eſt communis, vel propria ſeu ſpecialis.*

39. *Philautia eſt moderata, vel immoderata.*

40. Po-

40. *Patiẽtia eſt philoſophica, vel Chriſtiana.*

41. *Lucta carnis & Spiritus diſtinguenda eſt inter luctam rationis & affectuum.*

42. *Zelus eſt ordinatus, vel inordinatus.* Hunc poſteriorem apoſtolus vocat Ζῆλον οὐ κατ' ἐπίγνωσιν. *Deinde Zelus eſt Dei, vel hominis: & hic civilis, vel ſpiritualis.*

43. *Confeſſio eſt peccati, vel veritatis: & hæc eſt tempeſtiva, vel intempeſtiva.*

44. *Societas cũ infidelib. eſt licita, vel illicita.* Illa eſt juris gẽtiũ: hęc violat jus divinũ.

45. *Idololatria eſt ſubtilis, vel craſſa: interna, vel externa: moralis, vel ceremonialis: fiducia, vel repræſentationis.*

46. *Magia eſt naturalis, vel necromantica; & hæc divinatrix, vel operatrix.*

47. *Imagines ſunt licitæ, vel illicitæ.* Illæ ſunt vel à Deo imperatæ, ut typicæ imagines in V. T. vel adiaphoræ, ut politicæ, & hiſtoricæ: hæ ſunt à Deo prohibitæ, ſive ſint idololatricæ, ſive repræſentativæ quæ fiunt religionis cauſâ.

48. *Furtum committitur directè, vel obliquè; item immediatè vel mediatè. Eſt item manifeſtum, vel occultum: capitale, vel non: nocturnum, vel diurnum: domeſticum, vel extraneũ: ſimplex, vel compoſitũ: verè, vel quaſi: minus vel majus: deniq; ſacrilegium, abigeatus, plagium, peculatus, rapina, &c.*

49. *Silentium eſt tempeſtivum, vel intempeſtivum.*

50. Men-

50. *Mendacium eſt pernicioſum, jocoſum, vel officioſum.* Nulla verò ex his ſpeciebus eſt licita.

51. *Aliquid eſt malum vel formaliter & intrinſecè, vel denominativè & extrinſecè.*

52. *Veracitas alia dicit omne verum, alia partem veri.*

53. *Precatio religioſa eſt invocatio, vel gratiarum actio:* & illa eſt δέησις, προσευχὴ, vel ἔντευξις, 1. Tim. 2.

54. *Adoratio religioſa eſt vel cordis, vel oris.*

55. Preces *ad Deum ſunt vel formulæ, vel jacula cordis.* Illæ dicuntur preces ſolennes, hæ jaculatoriæ.

56. *Precatio religioſa eſt vel abſoluta deitatis* λατρεία, *vel* ἀξίωμα *Chriſti mediatoris proprium.*

57. *Superbia eſt ſpiritualis, vel mundana: interna, vel externa.*

58. *Sanctificatio nominis Dei eſt realis, vel verbalis.* Illa fit fide & ſanctâ vitâ: hæc precatione devotâ, & prædicatione verbi religioſâ. Itaque eſt publica, vel privata.

59. *Particula.* Sicut *in tertiâ & quintâ petitione orationis Dominicæ non ſignificat gradum, ſed ſpeciem.*

60. *Tentatio eſt divina, diabolica, vel humana: bona, vel mala: à dextris, vel ſiniſtris: ſeductionis, vel probationis: ad bonum, vel ad malum: judicialis, vel moralis.* 61. Ten-

61. *Tentatio divina eſt activa, vel permiſſiva: electorum, vel reproborum: proſperitatis, vel aſperitatis: paterna, vel judicialis.*

62. *Tentatio diabolica eſt exercens, vel perdens.* Illa reſpectu electorum; hæc, reproborum.

63. *Tentatio humana eſt, quâ homo tentat Deum, ſeipſum, vel alium hominem.* Prima dicitur tentatio præſumtionis, & Phariſaica: ſecunda & tertia eſt probationis, vel ſeductionis: carnis, vel mundi.

64. *Tentatio crucis eſt vel propria crucis, vel aliena Similiter tentatio proſperitatis.*

65. *Tentatio eſt univerſalis, vel particularis: communis, vel propria.*

66. *Tentatio eſt dubitationis de gratiâ Dei, vel blaſphemiæ, vel melancholiæ, vel carnis, vel mundi.*

67. *Anxietas conſcientiæ eſt major, vel minor, vincibilis, vel invincibilis.*

68. *Status conſcientiæ eſt naturalis, vel ſupernaturalis:* & ille eſt quantum ad ſtatum integritatis, vel peccati; hic, quantum ad ſtatum gratiæ & gloriæ.

69. *Subjectio, ut & obligatio conſcientiæ, eſt immediata, vel mediata: legalis, vel evangelica.*

70. *Poteſtas conſcientiæ eſt teſtimonij, vel judicij, & hujus tum abſolventis, tum condemnantis.*

71. Con-

71. *Conſcientia eſt bona, vel mala,* Illa eſt talis vel creatione, vel regeneratione: hæc eſt mortua, vel expergefacta. Conſcientia mortua eſt torpida, ſeu ſtupeſcens, vel cauteriata. Conſcientia expergefacta excuſat & accuſat hominem vel ob bene, vel ob malè facta. *Deinde conſcientia eſt bene conſtituta, errans, opinans, dubitans, vel ſcrupuloſa.*

72. *Metus eſt licitus, vel illicitus.* Ille eſt juſtus, probabilis, gravis, & cadens in bonum virum: hic ſecus.

73. *Metus eſt religioſus, vel civilis: & hic eſt minarum, facti, potentiæ, reverentiæ, vel perfidiæ.*

74. *Ignorantia eſt negationis, privationis, vel pravæ diſpoſitionis: juris, vel facti: vincibilis, vel invincibilis: ſimplex, craſſa, vel affectata: antecedens, comitans, vel ſubſequens peccatum.*

75. *Amor eſt rei, vel perſonæ: amicitiæ, vel concupiſcentiæ.*

76. *Timor eſt filiorum, ſervorum, vel hominum mundanorum.* Eſt diſtinctio Thomæ.

77. *Confeſſio fidei eſt explicita, vel implicita.*

78. *Fuga tempore perſecutionis eſt licita, vel illicita*

79. *Iuramentum eſt judiciale, vel extrajudiciale: execratorium, aſſertorium, vel promiſſo-*

*miſſorium: ſimplex, vel ſolenne: abſolutum, ſeu purum, vel conditionale: liberum, vel vi extortum.*

80. *Formulæ juramenti ſunt aliæ certæ & exploratæ, aliæ ambiguæ.*

81. *Votum eſt ſolenne, vel ſimplex:* explici-*tum, vel implicitum: perpetuum, vel temporale: pœnale, vel non-pœnale: reale, perſonale, vel mixtum: omiſſionis, vel commiſſionis: Iudaicum, ſeu V. T. vel Chriſtianum, ſeu N. T. illud legale, hoc evangelicum dicitur.*

82. *Iejunium eſt morale, ſeu ſpirituale, vel ceremoniale, ſeu rituale.*

83. *Blaſphemia eſt mediata, vel immediata: directa, vel indirecta: deniq; profecta ex infirmitate & impotentiâ, vel ex malitiâ & obſtinatione voluntariâ.*

84. *Aliud eſt peccare ignoranter, aliud ex ignorantiâ, ſeu per ignorantiam.*

85. *Conſuetudo eſt ſecundùm, contra, vel præter legem.*

86. *Sanctificatio ſabbati eſt publica, vel privata.*

87, *Opera ſervilia ſunt vel quæſtuoſa, vel immediatè facientia ad ſuſtentationem vitæ, vel opera miſericordiæ* Quæ ſunt primi generis, ea ſunt prohibita ſabbato: reliqua non item.

88. *Feſta ſunt vel divinitùs imperata, ut in V. T. vel ab eccleſiâ commendata; & hæc licita, vel illicita.*

89. *Deci-*

89. *Decimæ ſunt legales, vel civiles.* Illæ pertinent ad politiam Moſis: hæ ad politiam civilem vel eccleſiaſticam N.T.

90. *Charitas erga proximum eſt naturalis, vel ſupernaturalis: interna, vel externa: moderata, vel immoderata.*

91. *Honor eſt Dei, angeli, vel hominis: & hic eſt ſui ipſius, vel aliorum, iisq́ue ſuperiorum, æqualium, vel inferiorum: item eſt realis, vel verbalis.*

92. *Opera miſericordiæ ſunt corporalia, vel ſpiritualia.*

93. *Eleemoſyna eſt Chriſtiana, vel Phariſaica: ordinaria, vel extraordinaria.*

94. *Delectus ciborum eſt Leviticus, politicus, vel medicus.*

95. *Ludi ſunt vel ingenioſi, vel fortuiti, vel mixti.*

96. *Divitiæ ſunt neceſſariæ, vel ſupervacaneæ.*

97. *Modus acquirendi eſt legitimus, vel illegitimus.*

98. *Poſſeſſio eſt vera, vel colorata: bonæ, vel malæ fidei, & hæc violenta, vel clandeſtina: cum titulo, vel ſine titulo.*

99. *Vſura eſt moderata, vel immoderata, ſeu lucratoria: & hæc eſt mordax, ſive rodens, vel uſura uſurarum. Moderata eſt compenſatoria, vel punitoria.*

100. *Contractus eſt bonæ, vel malæ fidei.*

101. *Men-*

101. *Mendacium cernitur in ſermone ſeu verbis, nutibus, rebus, vel factis.*

102. *Æquivocatio eſt logica, vel ethica.* Illa eſt artificialis, & licita: hæc moralis, & illicita.

103. *Simulatio & diſſimulatio licita eſt probationis, vel deceptionis & ludificationis moraliter bona.* Illius exemplum eſt *Luc.* 24. in Chriſto: hujus, in Davide ſimulante ſtultitiam, & in Joſuâ adhibente ſtratagema militare.

104 *Injuria infertur Deo, vel creaturæ, nominatim homini: & hæc eſt injuria verbalis, realis, vel perſonalis.*

105. *Fama proximi læditur directè, vel indirectè: formaliter, vel virtualiter.*

106. *Correctio, ſive correptio fraterna, eſt eccleſiaſtica, vel privata: major, vel minor.*

107. *Concupiſcentia mala eſt informis, vel formata.* Illa dicitur propaſſio, hæc paſſio.

108. *Cogitatio eſt bona, vel mala: & hæc eſt volatica, delectans, vel aſſenſum eliciens.*

109. *Chorea eſt artificialis, ſpiritualis, vel carnalis.*

110. *Solicitudo eſt diffidentiæ, vel officij.* Germani eleganter appellant die Bauchſorg/ vnd Amptsſorg.

111. Ca-

111. *Caſtitas ſeu continentia eſt generalis & ordinaria, vel ſpecialis & extraordinaria. Item continentia eſt perpetua, vel certi temporis.*

112. *Cœlibatus eſt licitus, vel illicitus.*

113. *Status perfectionis eſt ratione juſtificationis, ſanctificationis, vel glorificationis: item communis omnium Chriſtianorum, vel proprius certorum.*

114. *Virtus & bona opera ſunt ordinaria, ſeu communia, vel extraordinaria & heroica.*

115. *Præmia virtutis & bonorum operum ſunt ordinaria, vel extraordinaria: hujus, vel futuræ vitæ.*

116. *Conſilium eſt divinum, vel humanum.*

117. *Eunuchi ſunt nati, vel facti; & hi propriè, vel impropriè dicti* Matth. 19.

118. *Spontanea paupertas eſt licita, vel illicita: & illa vel ob ſpecialem vocationem, vel ob confeſſionem fidei eſt interdum neceſſaria.*

119. *Obedientia eſt generalis, vel ſpecialis.*

120. *Aliquis eſt pauper ſpiritu, vel quantum ad facultates externas.*

121. *Reliquiæ ſanctorum ſunt veræ, vel fabuloſæ.* Priores illæ ſunt honorandæ politicè, non verò religioſè.

122. *Vſus*

122. *Vſus imaginum eſt legitimus, vel illegitimus.* Ille eſt politicus, & is tum hiſtoricus, tum ſymbolicus: hic ecclesiaſticus.

123. *Ornatus templorum eſt internus & ſpiritualis, vel externus & ritualis: & hic moderatus, vel immoderatus: Leviticus, vel Chriſtianus.*

124. *Conſecratio & dedicatio templorum eſt legitima, vel ſuperſtitioſa.*

125. *Dies feſti ſunt ſancti, non inhæſione, ſed ſignificatione & actione.*

126 *Prudentia eſt carnalis ſeu mundana, vel ſpiritualis.*

127. *Bona opera ſunt neceſſaria, vel adiaphora ſeu libera.*

128. *Regula rerum indifferentium eſt partim fides, partim charitas, partim deniq; prudentia.*

129. *Vſus rerum indifferentium eſt licitus, vel illicitus.* Hîc teneatur regula: uſus rerum indifferentium debet eſſe procul ab opinione cultus Dei, & meriti noſtri, item à dubitatione conſcientię, occaſione ſcandali, impeditione vocationis ſeu officii, & perturbatione pacis & ordinis eccleſiæ.

130. *Caſus, ſive quæſtiones conſcientiæ, ſunt legales, vel evangelici: hominis animalis, vel ſpiritualis: conſcientiæ dubitantis, errantis, &c.*

CAP.

## Cap. XXV.

### De Sacramentis in genere.

1. *Vocabulum ſacramenti ſumitur latè, ſeu generaliter, vel ſtrictè ſeu ſpicialiter.* Poſterior ſignificatio eſt hujus loci.

2. *Sacramentum conſideratur partialiter, ſeu relativè & ſeorſim; vel totaliter, ſeu abſolutè & conjunctim.* Quidam hîc adhibent primam diſtinctionem. Quæ ambiguitas probè eſt tenenda.

3. *Verbum Dei eſt audibile, vel viſibile.*

4. *Τὸ ῥητὸν eſt generale, vel ſpeciale ſive ſacramentale.*

5. *Mutatio alia eſt ſubſtantiæ & qualitatis, alia officij & uſus, ſive vocationis.* Hæc poſterior in ſacramentis habet locum.

6. *Conſecratio, dedicatio & ſanctificatio eſt interna, vel externa.* Illa eſt architectonica, vel miniſterialis: hæc ritualis.

7. *Vſus ſacramentorum eſt vel communis electis cum hypocritis, vel proprius electorum.*

8. *Signum eſt theoreticum, vel practicum: ſignificans,* ſive docens, *obſignans, vel exhibens: commemorativum,* ſeu memoriale, *demonſtrativum,* ſeu *γνώρισμα, vel prædicens.*

9. Mate-

9. *Materia ſacramenti eſt interna*, ſeu cœleſtis, *vel externa*, ſeu terreſtris. Illa dicitur ſignum, & teſtimonium: hæc, ſignatum, res teſtata, & res ſacramenti.

10. *Forma ſacramenti eſt externa, vel interna.*

11. *Vnio, ſeu connexio, eſt naturalis, vel ſupernaturalis: & hæc eſt eſſentialis in SS. Trinitate, perſonalis in Chriſto, ſacramentalis, vel ſpiritualis.*

12. *Opus eſt operatum, vel operantis.*

13. *Finis ſacramentorum eſt eſſentialis, vel accidentalis.*

14 *Sacramentum eſt legale*, ante lapſum: *vel evangelicum*. Illud eſt fœderis naturæ, hoc fœderis gratiæ.

15. *Oblatio & perceptio in ſacramentis eſt vel ſigni tantùm, vel ſigni & ſignati ſimul.*

16. *Signa ſunt theoretica vel practica, vel mixta, hoc eſt theoretica & practica ſimul.* Signa theoretica ſignificant tantùm. Signa practica obſignant, vel exhibent. Signa mixta ſunt ſignificantia, obſignantia, & exhibentia ſimul, ut ſacramenta. Hinc ſigna ſacramentalia reſpectu electorum ſunt inveſtituræ ſpirituales.

17. *In ſacramentis oportet diſtinguere naturæ conſequentiam, & muneris gratiam.* Si v. g. corpus Chriſti conſideratur in S. cœnâ ſecundùm muneris gratiam, id eſt, ra-

tione promiſſionis; non ſecundùm naturæ conſequentiam, id eſt, ratione trinæ dimenſionis.

18. *Natura rei in ſacramentis, ſeu eſſentia, eſt diſtinguenda ab œconomiâ, ſeu diſpoſitione & diſpenſatione divinâ, ſeu à vocatione & officio.* Sic panis cœnæ Dominicæ eſt aliud naturâ, aliud officio.

19. *Sacramentum conſideratur ſecundùm ſe, ratione inſtitutionis, vel in uſu, ratione applicationis.*

20. *In ſacramentis diſtinguenda ſunt ſubſtantialia ab accidentalibus.* Illa dicuntur οὐσιώδη, hæc ἐπουσιώδη.

21. *In ſacramentis eſt verbum narrationis, præceptionis, & promiſſionis.*

22. *Verbum eſt concionale, vel operatoriũ: & illud eſt vel prædicationis, vel viſibilis applicationis: item generale, vel ſpeciale.*

23. *Unio ſacramentalis non eſt immediata, ſed mediata.* Fit n. mediante promiſſione.

24. *Sanctificatio fit vel infuſione ſanctitatis, vel ſegregatione rei à communi uſu, ad ſanctum officium.*

25. *Devotio circa ſacramenta eſt interna, {vel externa.*

26. *Symbola in ſacramentis ſunt repræſentativa, vel applicativa.*

27. *Conteſſeratio in ſacramentis eſt reſpectu eccleſiæ viſibilis, vel inviſibilis.*

28. *Sacramenta ſunt ſymbola gratiæ generalia,*

*lia. & ſpecialia,* h.e. explicantia & applicantia: *Deinde ſunt ſymbola gratiæ generalis, ſeu communis, vel ſpecialis, ſeu propriæ.*

29. *Sacramenta ſunt organa gratiæ non activa, ſed merè paſſiva.*

30. *Sacramenta conferunt gratiam non ex opere operato, ſed partim ſymbolicè, partim ex opere operantis, id eſt, credentis.*

31. *Actio in ſacramentis eſt interna, vel externa: & illa eſt Dei, vel hominis credentis; hæc paſtoris diſpenſantis, vel auditoris communicantis.*

32. *Character eſt ſpiritualis, vel materialis.*

33. *Ceremoniæ ſacramentorum ſunt neceſſariæ, ſeu præcepta & inſtituta divinitùs: vel adiaphoræ, ſeu indifferentes: vel ridiculæ: vel deniq; ſuperſtitioſæ & abſurdæ.*

34. *Caſus neceſſitatis eſt ver°, vel fictitius.*

35. *Fundamentum relationis ſacramentalis aliud eſt ex parte Dei, putà inſtitutio complexa mandatum & promiſſionem: aliud ex parte noſtrâ, videl. fides.*

36. *Forma ſacramenti ſtrictè, id eſt, partialiter conſiderati, eſt analogia inter ſignum & ſignatum, ſive ſignificatio, eaq; partim repræſentatio, partim teſtificatio: latè verò, i. e.* συνόλως *cõſiderati, eſt partim legitima adminiſtratio, ſeu actio externa, partim actio interna.*

37. *Verbum concionale in ſacramentis eſt verbum præceptionis, promiſſionis, præſentiæ, efficaciæ, & applicationis.*

38. *Verbum & ſacramenta conveniunt fundamento, & applicatione fundamenti: differunt modo applicationis.*

39. *Præſentia in verbo ſacramentis eſt generalis, vel ſpecialis.* Illa eſt trium perſonarum SS. Trinitatis: hæc eſt Chriſti mediatoris pro nobis crucifixi. Nimirum tota Trinitas eſt præſens & efficax in miniſterio verbi & ſacramentorum. Adeſt Pater atq; eſt efficax, ut principium, fons, & cauſa reparationis atque inſtaurationis noſtri ad vitam æternam, accendens & augens lucem fidei, in Chriſto, per Spiritum ſanctum. Adeſt & efficax eſt Filius, verus Deus & verus homo, ut cauſa recuperans & inſtaurans ſalutem. Adeſt & efficax eſt Spiritus ſanctus, ut opifex proximus atq; immediatus totius operis ac beneficii, applicans nobis meritum Chriſti. Sed Chriſtus crucifixus peculiariter eſt prçſens tanquam cibus & potus animæ.

40. *Tota Trinitas eſt præſens in miniſterio verbi & ſacramentorum modo myſtico, non verò ſenſili: modo ſpirituali, nõ corporali; deniq; modo pactionali nõ fortuito aut naturali.*

41. *Differentia inter verbum & ſacramenta non eſt eſſentialis, ſed accidentalis*: ſeu, non eſt poſita in internis, ſed in externis; non in rebus, ſed in ſignis.

42. *Analogia ſacramentalis non eſt mathema-*

*thema-*

